phia: ignorantiam itàq; craſſam
produnt, grauiterq; impingunt,
iuxta Hip: qui Pharmacopœum
ab hac arte excludunt: Cum enim
vegetabilia tundit, ſuccum ex-
primit, tunc profectò ſalia fun-
dit: peregrina verò, & aliena,
non eoſdem mores habentia
à regione protrudit (verba Hip-
poc.) cum verò liquata ſalia con-
denſat cum ſaccharo in ſyrupum,
tunc permiſcet, & alterat: Sic
& hominis natura, inquit Se-
nex, & omnes artes cum hu-
mana natura communicant.

Si itàque natura præcedit om-
nem artem, & ars imitatur eam,
homo non erit ſub Sole (a) qui
chimicam, & ſalis fuſoriam offici-
nam in ſe non contineat, ſolus
ſaltem Medicus Canonicus, qui
Hippocratis dogmata, propter
huius antiquiſſimæ artis ignoran-
tiam odit, ſeſe excipit, ignariſſi-
mus enim eſt huius diuinitùs da-
tæ ſcientiæ, adeòq; propter hunc
ignorantem (b) Medicina repu-
tatur inter omnes profeſſio-
nes

a Vide cap. 13. huius libelli.

b Hipp. de lege.

nes viliſſima: *fundamentũ enim, quæ pedem figat, non habet: de quo ait Seneca,* Semper diſcens, at nunquam ad veritatem perueniens.

Hinc factum eſt, quòd Galenus (a) nobis Hippocratem, omnium bonorum Ducem, locupletiſſimis ſcriptis confirmat, & toties bonorum autorem ſuis reſcriptis proclamat, imò ad nominis ęternitatem commendat, conſecratq;. Hæc iuſta Galeni ſententia me mouit, vt nunquam, donèc vixero, aliam in medicina adhibendam, quàm Hippocratis doctrinam, non niſi cum ipſa natura interituram, cenſeam.

a *Ad Glauconem initio. & lib. I. de vena ſect. aduerſus Eraſiſtrat.*

Addo ſi quis quærat ex noſtris, cur antiquiſſimam Hipperaticam doctrinam à magnificis dominis decanis eiectam, & tanquam nefandum quoddam, reprobatam, rurſus recudendam curem: atq; pretioſam margaritam dictis dominis proijciam? Huic ità reſpondeo, licet enim latrans, ſtolidum, atq; ignarum vulgus vetuſtiſſimam hanc doctrinam à veneranda antiquitate pluribus triumphis nobilitatam non intelligat, neque intellecturum ſit: nihilominus à prudentibus doctis, atq; eruditis ità fuit deſiderata, vt libellus hinc indè multoties fuerit recuſus;

ast

OCCASIO SCRIBENDI.

CAPVT I.

TAm ardua omnium ſcientiarum perfecta cognitio eſt, vt prius tota hominis vita deficiat, quam vel vnius diſciplinæ radicalem rationem, quæ diſputabilis non foret ex libris tantum cartaceis in veſtigare queamus. Socrates cum omnes fermè diſciplinas ſic perſcrutatus eſſet, tunc primum ab oraculo ſapientiſſimus omnium iudicatus eſt, cum ſe nihil ſcire palam fateretur: quod mihi videtur Eccleſiaſtes confirmare *Cap.8.V.*17. *Intellexi* inquit: *quod omnium operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt ſub Sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat etiamſi dixerit ſapiens ſe noſce, non poterit reperire.* Hanc ſciendi difficultatem cognouit etiam diuinus Hippocrates *in Epiſt.* in noſtra medicina, vt eam veritus non ſit

Tantum ſcit homo quantum ipſi operando mente ac manu certè innotuit.

Non ſunt tamen reijciendi.

Democrito per literas ingenuè confiteri: *Neque enim quantumuis* inquit *iam ſenex ad artis medicæ ſummam perueni*. Et idem 1.*Aphor.*1. *vitam nimis breuẽ* pro vnica ſaltem ſcientia ex fundamento addiſcenda agnouit. Hinc motus eſt *lib.*1. *de d.ata* vt honorari atque laudari iuſſerit omnes, *qui inueſtigare conati ſint ſapientis Naturæ opera*, additque, *quod immerito vllus aliquis ipſorum reprehendatur, propterea quod hæc inuenire non potuerit*. Aliter ſentit ſcriptor, qui Auguſtanam Pharmacopœam reformare ſomniat; hic liber excuſus eſt Goudæ, apud Guilielmum Vorhouen. Anno Domini 1657 Huius libri occaſione elapſis diebus, amicus meus ſpectatiſſimus, Ioannes De Lanou bibliopola celeberrimus vrbis petijt à me, vtrum operæ pretium iudicarem, vt hic prælo ſubijceretur? &c. Ego quidem titulum audiueram, at ſcriptum hactenus non videram, otij enim tanti non fuit, vt in ſimilibus tempus fallerem, hac occaſione inquam, ſucciſiuis horis, dictum volumem non ſine admiratione euolui, & in hoc prauam illam notaui conſuetudinem quibuſdam admodum familiarem, & con-

contra Hippocratis decretum, vt quicquid probè quiſquam magno labore, & ſtudio inuenerit, poſteritati & publico bono ſcriptis tradiderit, illud ſtatim non quidem ratione & experientia, ſed monſtruoſis calumnijs & conuitijs apud ignarum vulgus traducant, lacerent & vilipendant, vt famam aliquam (Heroſtrato ſimiles) ex alieni nominis ruina aucupari poſſint. His veſtigijs incedit etiam Reformator Auguſtanæ Pharmacopeæ, qui non ſolum in veteres, ſed etiam in modernos Hippocratis & Galeni ſequaces ita debachatur, vt nullum ferè conuitium excogitari poſſit, quo hos non aſpergat: Cui cum olim perficiendi modum viperini ſatis ſub metaphora porrexiſſem (apertè negaſſem) nunc pro fuco proclamat, imò *impoſtura impedire, ne publ.ci iuris fiat. Pharm. fol.* 487. De quo ingenuæ fateor ſcribam veritatem dicere, quicquid enim olim medicos laboris amantes illuſtres reddidit, illud ipſum impoſtores doloſè adulterant. Hos timuit meus Hippocrates, ea de cauſa medicamentum antipeſtilentiale, quo ſenex ſibi honores acquiſiuit, ſubticuit, eo quòd fæliciter, & ſecurè cura-

Idem & nos reſponſi loco expectamus.

uerat, vt teſtantur epiſtolæ.

Impoſtores timuit Paracelſus, qui inſanabilia corporis contagia mirifica arte ſuſtulit, vt ſonat Epitaphium quod Salisburgi in Noſocomio apud San. Sebaſtianum lapidi inſculptum ſpectatur.

Impoſturam timuit noſtris temporibus Lazarus Riuerius ea de cauſa Febrifugum ſub metaphora edidit.

Sic prudentiſſimè abſcondit Helmont liquorem, quem cum Paracelſo Alcaheſt appellat, qui tamen ab impoſtoribus tutus non eſt, pro eo enim à Reformatore acetum ſubſtituitur *in app.72.* Hinc malo meo edoctus, meique pædagogus factus animo reuolui ſæpius iſtud Eſchen reuteri ad Gratarolum: *Leuiori iure ſcis Bononiæ latam ſententiam, eum proditorem patriæ appellatum furca dignum proclamatum, qui primus filatorium* (eſt machina, qua ſcricum bombicinum fuſis artificioſis in fila trahitur) *in Germania Tridenti ſcil: præparauit.*

Vnde non ſine cauſa timui, ne præ torpore, & ignauia mea ad manus impoſtorum dimanaret, ideoque abſcondi hactenus, quod medicum nobilitat, & præcipuè

puè ne dignus atque indignus eandem ſubirent ſortem : importuna autem ſcribæ efflagitatio *phar.ſol.* 487.effecit vt ex magno experimētorum & obſeruationum mearum cumulo excerperim, quæ (vt adagio fertur) mihi canerem, inque mei ipſius vſum deſtinaram,ad publicam vtilitatem nunc protulerim,ſeruato tamen Hermetis præcepto lib.Radic.quod nimirum ſapientia Authoris maior debeat eſſe ſuo libro. Pergo itaque gaudens quo me fata ineuitabilia vocant, huncque laborem aſſumo libentius; quo errantibus viam rectam demonſtrem, & in eandem ſi forte aberrauerint, reuocem, vt etiam qui antiquiſſimam Hippocraticam artem ex ignorantia hactenus perſecuti, errores quandoque emendent, ac ſapere incipiant; vt & qui eam exercent naturæ fundamentis firmatam intellexerint, vt ab impoſtorum, & ſophiſtarum dolis,& fraudibus in futurum tuti ſint. In hoc autem labore potius cauſæ veritatem, quam locutionis ornatum quæſiui, veritatis enim ſermo, ait Euripides, ſimplex exiſtit, nec intereſt in dicendis veris quali ſermone vtamur, & ipſe Cicero eloquentiam in Philoſopho

Soli illi docent qui per cauſas & principia certa docent. Ariſt: in proæmio metaphiſic.

non deſiderat, multo minus Celſus eam in medico, nam cum de re agitur, inquit Plato, fruſtrà elegantiam aut ruditatem verborum attendimus, ſaltem vt rebus, & doctrinæ ſatisfiat. Nec in amœnas diſputationes, aut odioſas altercationes me diffundam, ſed quicquid ſenſibus occultius ſe obtulit, illud veſtibus denudabo, & veritatem rerum plane nudam ante oculos conſpicientium exponam, adeò vt ſingulis omnino, & omnibus innoteſcat: hæc breuitatem optat, nec diſputat, id ego ſeruabo.

Juſtam ad cauſam, tria verba ſufficiunt ait pindarus.

Huc ergò adeſte veritatem ſitientes, ſtudioſi, vos admiranda & iucunda veſtris oculis aſpicietis manibuſque tractabis, quæ abſconſa, & occulta longè à ſenſibus hactenus ſtetere. Nunc ipſum opus aggredior.

Qui nimium properat ſerius abſoluit. Cap. 2.

Reformator incipit elato ſupercilio. *Nunc* ait *phar. fol.* 481. *nos conuertimus ad examinandum ſalem Theriacalem antiquorum, cuius præparatio tam infantilis & abſurda eſt, vt nullibi veterum ſimplicitas dilucidius atque*

Dificiles aditus omnis impetus habet.

que in illa appareat &c. & paulo poſt: *Animalia duntaxat gaudent ſale volatili, & ferè nil præter ſolam terram mortuam in violenta calcinatione poſt ſe relinquunt, imò reliqua abſurda ſilentio non inuoluenda, quod loco ſalis communis armoniacum ſubſtituerunt, re profectò vt video ne tantillum intellecta, quia ſal armoniacus totus, in auras pulſus eſt, & ſic non de viperis nec de ſuo addito ſale quicquam illis remanſit*: hæc ille.

Nolite præcipiti iudicio, & cauſa non ſatis excuſſa inſontes dãnare.

Mihi autem non videntur veteres hoc loco inculpandi abſurditatis & ſimplicitatis, adeò vt ſcribæ immaturam reprehenſionem perferre debeant: ſed priuſquam, iudicentur audire oportet & alteram partem, & indagare, quid ſit ſal armoniacus veterum? & qua ratione loco communis illud ſubſtituerint? & in quem finem? & vbi denique peccarint, vt reformatoris præcocem iram & acerbam contemptionem perferre mereantur?

Redarguere ea quæ non rectè dicta ſũt, minime inſtitui Hippoc. de dieta l. 1.

Sed hæc omnia vt clariora fiant neceſſe eſt ſalium quorundam intima ſubire, & exactè horum naturam & differentiam, ex accidentibus proprijs, & ſenſibus cognitis non ſyllogiſmo logicali & con-

Imaginaria hic nõ tractantur.

uertibili, vel imaginarijs non entibus, ſed plane experimentali, & naturali hiſtoria examinare.

Nec ſi quid neſcit, reliquis id ſcire negatum eſt.

Dico itaque & confirmo, animalia non ſolum ſal volatile poſſidere, ſed præter ſcribæ opinionem & vegetabilia omnia non habere à natura neque granum quidem ſalis fixi, niſi arte illud acquirant, & primo à notioribus ordiar, & paulatim ad occultiora progrediar.

Sal armoniacum.

Naturalem ſalem armoniacum, veteribus magno in vſu fuiſſe teſtatur Plinius lib. 3.c.7. *Reperitur* inquit: *in Africa in regione Cireniaca ad Hammonis templum vſque, oblongis glebis & ſub arenis*. Id confirmat Dioſcorides, quod ſal armoniacus natione laudatur. Hic ſal eſt conſtans in igne ſuo modo, ſapore multo ſals-acidiore noſtro ſale communi cibario, vt oſtendam, & ob id medicinis vtiliorem inuenerunt, ea propter hunc commendarunt veteres pro hac re.

Sal autem Illud quod ad nos adfertur, non eſt in oblongis glebis, vt neque eſt naturale, ſed componitur arte, ex naturali ſcil: ſale, & alcali volatili animalium, id docet eius reſolutio iuxta Ariſtotelis

axio-

axioma. Diuiditur nimirum in acidum ſalis ſpiritum, & etiam in alcali volatile (omnia ſalſa in duas diuiduntur ſubſtantias, in alcali nimirum & acidum, vt paulatim mechanicè oſtendam) quæ ambo ſeparata, & rurſus reconiuncta, fiunt ſal armoniacum quod erat ante diuiſionem. Acida pars habet omnes proprietates, vt illa, quæ e ſale communi diſtillatur: Alcali verò eiuſdem eſt conditionis cum illo, quod ex humana vrina ſublimatur, minus tamen fætulentum: Vnde ſuſpicari licet, quod non humanam ſed Camelorum vrinam ad illud compoſitum elegerint: nam Camelorum vrina vt notat Plinius fullonibus vtilior, quam reliquorum animalium, vnde alcali ditior ſit neceſſe eſt, fortaſſe, quia vt reliqua animalia ſal non comedant: Commune enim ſal non abluit. *Nauſicca enim, Alcinoi filia lauabat lintea ex fonte in littore maris, vt ſcribit Homerus* Odyſs. lib. 6. à verſu 85. vſque 96.

In quod quid reſolui poteſt ex illo neceſſario debet conſtare.

lib. 28. c. 8.

Fit autem ſal armoniacum artificiale, eodem modo ſicut ſapo, vitrum &c. Natura enim imitatur artem & hæc naturam docet Hippoc. lib. 1. de diæt. ex acida nimi-

Artificiale.

rum parte ſalis armoniaci, & alcali vrinæ camelorum(ex alcali fuliginis,& ſpiritu ſalis acido communis ſimile ſali armoniaco præparari poteſt) vrina enim per macerationem diſſoluit ſal,& alcali vrinę, quod alias dierum curſu, in auras abiret, combibit acidam ſalis partem, atque ſic acciditas ſalis & alcali vrinæ vniuntur & in neutram creaturam cō uertuntur,quæ maſſa dicitur & eſt ſal armoniacum artificiale. *Quod autem ſimiles mores non habet Hip. cit. loco neque cum nouo creato ſale concordat*, ſponte ſegregatur ad fundum: ſupernatantem ſalſum liquorem clarum coquunt, & deſpumant, iterumque feces ſubſidere ſinunt, deinde coagulant in placentam: quæ eſt ſal armoniacum, quod ad nos adfertur.

Vires Huius factitij ſalis armoniaci vires ſunt mirabiles, præſertim quando per artem ad ſummam puritatem deducitur, nam vtero affectis cum croco magno cum fructu propinant.

in podagra In aqua ſpermatis rauarum reſolutum, & tepidè applicatum podagræ vehementiſſimum cruciatum confeſtim tollit, vt de podagra alibi.

Re-

Renum intollerabilem dolorem in aqua ſambuci ſolutum tepidèque in petijs lineis applicatum vtiliſſimum eſſe deprehendi. *renum dolor*

Vnguentum componitur contra nodos & molles exreſcentias, quas Nattas vocant, quod recipit ſal: armoniaci vnciam, Ceruſſæ drach. tres Cãphoræ dr. 1. olei roſati q. ſ. applicatum reſoluit & attenuat materiam, deindè imponitur folium raphani coctum inſtar cataplaſmatis, & pereunt totaliter conſumunturque inſenſibiliter. *Natta*

Nattæ vero palpebris aduatæ loci ratione ſal armoniacum non conuenit, ſed oppodeldoch Crollij ſatisfacit.

Oculorum pariter vngues nubeculaſque diſcutit, in ſimplici aqua ſolutum, & inſtillatum, ſemel aut bis in die. *Oculorum vnguis*

Fixatur cum calce viua, & per aquã calidã rurſus à calce ſaparatur atque in ſal coagulatur, quod rurſus in humido loco facile in liquore fluit, in quo mercuriũ ſublimatum diſſoluunt, ſolutum carta Emporetica excipiunt, globulos formant, exſiccant & ex arena per retortam in ☿ij ſpiritum diſtillare promittunt, operatio quidem ſuccedit at ☿us aſcendit ſub *Kesleri ſpiritus mercurij*

ſublimati forma, ſicut erat ante diſſolutionem.

Idem ſal armoniacum alcali fixo æquali parte commiſtum, & ex retorta ſabulo impoſita leui calore pulſum edit purum vrinæ ſpiritum, vt de podagra clariore ſermone oſtendi.

Adeòque hoc ſal artificiale non eſt illud, quod veteres pro ſale theriacali elegerunt, ſed accipiebant illud naturale, quod ſub arenis (αμμος) reperitur: vt docet Plinius citato loco, quod ſuo modo igni reſiſtit, & non euolat, vt factitium illud ſupra dictum quemadmodum reformator exiſtimat, quod tamen in progreſſu clarius patebit. Nunc priuſquam progrediar, dilucidius, quid ſit alcali? explicandum eſt.

Alcali ſal quid ſit?

Cap. 3.

Senſus ductores vitæ & omniũ actionum veco.

INſtituti mei non eſt hic, vt dicitur, rem ab ouo, aut ab elementis arceſcere, ſed de rebus naturalibus, phyſicis, materialibus, & ſenſu notis demonſtrationem aggredi.

Sal kali

Fit itaque ſal kali ex herba kali,

ma,

magna copia in Ægypto prouenientе, quæ ibidem viridis exuritur,& ad nos transfertur,à quibuſdam vocatur etiam ſoda, alumen Catinum,at vero nomine ſal Kali appellatur, non reperitur tamen ſal kali in Natura,nec in omnibus tribus regnis, niſi ab artifice ignis ope producatur, hinc tres habere patres hanc Virginem antiqui ſcripſerunt: Naturam ſcil. ignem, & Philoſophum.

Eſt etiam ſal kali compoſiti pars, vt reliqua ſalia virtutibus tamen ſeminalibus magna ex parte orbatum, habet ſaltem manifeſte abſterſiuam, ſaponariam & reſolutiuam proprietatem: huius inanitionis gratia quaſi informe abſorbet combibitque omnis generis acida (imprægnationem dixerunt patres) hinc omnia ſalſa, quæ acida mortificant, vnico & generali nomine Alcalia appellantur, reperiunturque non ſolum in vegetabili,ſed inſuper in Animali, & minerali familia, ſunt etiam in his tribus multiplicia, fixa nimirum, volatilia, manifeſta, occulta, mediæ naturæ, & ex animalium partibus deſumpta, quæ ad oculum ſunt demonſtranda. Et primò à notiori incipiam, quod reperitur *Alcali ſal eſt inane & vacuum.*

in

in ſilice, qui quatenus ſilex conſideratur, ab imperito quaſi vnico freno regeretur, vitrarij autem periti Muranenſes obſeruarunt eundem licet ab vtero aut natali loco exemptum ad centum libras annuatim decem plus minuſue acquirere. Inde diſcit Hippocraticus *Iouis omnia plena*, & etiam in ambiente nutrimentum accipere: ſed quamprimum ignis externus & artificialis accedit, mox vel in vitrum liquatur, vel mox in calcem vertitur.

In aere eſt occultus vitæ cibus docet Coſmopolita.

In ſilice itàque deprehendit Hippocr. Philoſophus duas differentes facultates, à magiſtro & doctore IGNEM ET AQVAM *lib.1.de diæta* ſuis de cauſis ita appellatas, quæ ſilicem conſtituerunt quas per ignem debitum alterat chimicus transſmutatque in calcem, quæ alteratio vocatur incineratio ſiue calcinatio: in puluerem enim ſponte abit; vndè communi nomine calx appellatur.

Acidum & Alcali Natura principia.

Hoc in cinere vel calce rurſus ſupra nominatas duas facultates deprehenſas nunc ſemel & in poſterum ſemper pro maiore intelligentia ACIDVM & ALCALI vbique nominabimus ab effectu.

Ignem acidum & aquam al-

Calx itaque habet in ſe duo ſalia,

lia, Hippoc. duas facultates acidum nimirum & alcali, ambo in igne conſtantiſſima, & vnam alteri contrariam, cumque irrigatur calx tunc ſalia ſoluuntur aguntque in inuicem: Alcali abſorbet agitque in acidum, & hoc viciſſim aſſumit alcali non quidem in deſtructionem ſed ad nouam generationem, & quicquid in illa actione apprehendunt non procul recedens ab eorum natura indurant ſecum vna in lapideam duritiem, coagulaturque contrarium à contrario.

cali eſſe ſuis in locis oſtendam.

Homines ex manifeſtis obſcura conſiderare non nouerunt. Hip. lib. 1. de diata

Sic Moſeaicum aut vermiculatum opus ex quo huius Regiæ ſplendidiſſimum & inæſtimabile Diui Marci vetuſtiſſimum templum conſtructum eſt, non alio quam ex calcis contrarietate & mucilagine ſeminis lini compoſito luto in conſtans & perenne cœmentum colligatur.

Moſeaicũ opus

Similiter ex calcis contrarietate, & caſeo toties lauato, donec aqua defluat limpida, vnà celeriter contritis fit gluten adeo tenax vt etiam rupta vitrea vaſa vniri poſſint Statuariis, Anaglypticis, alijſque artibus familiariſſimum.

Ex calce & melle fit mixt. quæ callos pedum mortificat quod non facit Emplaſt. de cicuta vt ait Hildanus

Calcis viuæ fruſto parui oui magnitudine, in xx plus minus

aquæ

Aqua refrigerans aquæ bullientis libras proiecto, acquirit aqua ab alcali calcis refrigerandi & mundificandi vim mirabilem, promouet enim omnium fere vlcerum etiam in ſecretis locis præſertim gallicarum celerrimam incarnationem, ſi tepidè & frequenter in petijs lineis applicetur.

Aqua ophtalmica Huic alcalizatæ aquæ ſi addatur tantillum ſalis armoniaci atq; in vaſe æneo detineatur per noctem, induit cæleſtinum colorem, eſtque multis aqua ophtalmica ſecretiſſima.

Hanc de calce notitiam, ſi ex Hippocrate didiciſſet reformator, non inſtituiſſet miſerã alcali viperini cum calce fixationem, vt lamentabili voce, in diſcurſu de ſale Theriacali declarat pharmac. fol. 485.

Poſtquam Hippocraticus iuxta leges naturæ ex contrariis facultatibus notaſſet calcem petrificari, rememorat magiſtri & doctoris documentum, quod nimirum ſimilia ſimilibus debeant diſſolui, & id non ſolum in artificialibus ſed etiam in Naturalibus præſertim in medicina, & corporibus humanis vt paulatim apparebit *Artes* nimirum *omnes Naturam huma-*

nam

nam imitantur & concors concordi adhærere docet Hipp. lib. 1. de diæta.

Ignis & Aqua ſeu oleum & Alcali fit ſapo. Cap. 4.

CAlx vt dixi habet duas diuerſas facultates acidum, nimirum & alcali, alcali habere ſolam ſaponariam & abſterſiram virtutem ſupra dixi, quam extrahere & ſeparare docuerunt Hippocratici per ſuum ſimile. Itaque ſaponarii addunt calci Alcali factitium ex vegetabilibus exuſtum, in tripla proportione vt acida pars in calce mortificetur, & altera ſuo ſimili liquetur. Humectant itaque *tantillum cineres alcalizatos*, quibus cooperiunt calcem inextinctam, ſicque relinquunt, donec calx dehiſcat pro mutuæ actionis inditio; tunc commiſcent, effunduntque aquam, vt maſſa humidior fiat iuxta regulam: *Salia non agere niſi diſſoluta*. Ex humida maſſa per ſufficientem aquæ quantitatem extrahunt alcali lixiuiale potentiſſimum & igneum (igneum dico; conſumpſit enim, in momento bulliens hoc lixiuium ebrium hominem cum laneis veſtibus vt nil

Similia ſimilibus ſoluuntur Hipp. de locis in Homine.

eius

In magiſtra ſi bullis lytargyrium tingit capillū nigro colore, conſule cuti. quia adurit & cauſticat.

eius repertum fuerit pręter lineum induſium, & duriora oſſa, vt accepi à fide digno huius artis profeſſore) quod igneum lixiuium Magiſtram vocant, tanto alcali ſaturatam, vt ouum impoſitum non ſubmergatur. Ex eadem mixtura fit & aliud lixiuium minus ſaturatum, quod ouum non ſuſtinet, cum vltimo hoc oleum ſeù pinguedinem (alcali contrarium, acidum enim occultum continet, vt paulatim apparebit) primo commiſcent (propter ſuas cauſas) dum ſaponem coquunt: coquunt inquam lento igne, donec albeſcant, tunc adijciunt magiſtram in tripla olei, vel pinguedinis proportione oleum autem bulliendo coagulat alcali, donec in vnum corpus coeant, vt contraria & permixta, *nunquam enim ſimul in eodem conſiſtunt, ſed ſemper alterantur Hipp. ibid. Neceſſarium eſt etiam quæ ab ipſis ſecernuntur ac producuntur diſſimilia fieri*: Ex alcali nimirum manifeſto, & acido occulto in oleo fit aliquid neutrum ſalſi ſaporis: lingua quandoque explorant ſi ſapor dulcis ſentitur addunt magiſtram, ſi mordax, coquunt; donec mordax alcali ab oleo ſit abſorptum & conſumptum docente

Et augeſcit maius à minore Hipp. lib. 1. de diæta

ſic

ſic Hippoc. *alter trahit alter protrudit, idem autem vterque facit, & in vtramque partem tendunt, & ſic hominis naturam imitantur.*

Poſt plurima adhibita remedia Sapo remolliuit pertinaciſſimam durumque meſenterij tumorem, cum Hypochondriorum flatibus æruginoſo vomitu & ructibus, alui ſtipticitate, exceſſiuis doloribus concomitantibus, omnia dicta accidentia ab huius applicatione, paucis abinde horis mitigata ſunt. *Meſenterij tumor:*

Podagrico dolori non inutiliter in ſpiritu vini diſſolutus applicatur. *Podagricũ emplaſtrũ*

Eſt etiam Emplaſtrum ex ſapone ad plurium incommoda aptiſſimum, vt de podagra alibi, pedum calles etiam mirabiliter mollificat omnemque dolorem tollit.

Cum autem in Sapone verſamur, Curioſis iniucunda non erit inſtructio quid ſit SAPO NEAPOLITANVS qui conficitur ibidem à Religioſis montis oliueti. *Sapo Tuſcane nonnullis.*

Coquitur ex animalium ſeuo, per ignem prius diligenter à pelliculis mundato, quamuis ex oliuarum oleo non minus excellat.

Accipiunt huius mundati ſeui exempli gr. lib. x. lixiuij ſupra dicti

lib.

lib. L. (notandum, lixiuium ita temperandum eſſe vt ouum recens natum placide deſcendat ad fundum vaſis, leuiter ſolummodo tangat, quod facile aduertitur, ſi oui filo alligati atque è fundo extracti pondus non percipiatur tum eſt pro opere aptum, ac ita temperatum, Magiſtram vocant) lixiuium & ſeuum ſupra ignem bulliant, continuaque agitatione ligneo paxillo ducantur ne fundo adhereant, donec inſpiſſata & cocta ſint, ſub initium per horæ ſpatium damnum non infert ignis maiuſculus, quia materia aquoſior, poſtea vero ignem remittere expedit tali gradu, vt ſaltem bullas emittat, interim inceſſanter manu ducatur materia tam in fundo quam circum latera per duas horas, tertia hora adherebunt agitaculo fila longa ſubtiliaque, deinde tranſparentia cum bullis citrino colore apparentibus, eſtque maturationis ſignum, poteriſque ignem ſubducere: at exercitatus in arte detineat quo diutius eo melius (caute tamen ne aduratur) in illo calore, id enim ſemper maiori lucro eſt, donec fila longiuſcula rotunda & ſubtilia trahantur & ſic coctura perfecta eſt.

Hunc

Hunc per 2. 3. vel plures annos rurſus ſoluunt & coagùlant, quam operationem purgationem vocant, hoc modo.

Concidunt in ſubtiles, bracteas ſiue raſuras, exponuntque ſublimi aeri aprico, vbi Sol, Venti, nebulæ & pruinæ libere peruagantur, à pluuia cauent. Puluerem exſiccatum aqua humectant puteali (non ſalſa) in largo ligneo & ita humili vaſe vt vaſis labia ſaponis maſſam non ſuperet, iterumque Solis ardore ſiccatum, & in puluerem redactum humectant ſingulis diebus agitant, exſiccant, & vt prius in puluerem terunt, repetunt eundem laborem ſoluendi ſc: & coagulandi, donec fœtor plane pereat, paſtaque nobilior fiat.

Ita præparatus tandem in ſaxi duritiem exſiccant, in puluerem reducunt, affunduntque aquam diſtillatam, & inſolatam per annum, ſic odoratior fiet, de meliloto odorato (quam aquam de Tripolo vocant, id eſt, de trifolio odorato) & rurſus exſiccant, in puluerem reducunt & humectant vt prius, donec alcali & ſeui ſéu olei odor plane ablatus ſit, quòd fit quinta vel ſexta coagulatione.

Si verò in tam diuturno tempo-

ris

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ris ſpatio ſaponis maſſa folijs, feſtucis, muſcis deturpata eſſet, tunc affundunt tantam aquæ meliloti copiam vt quaſi ſpiſſo oleo ſimilis ſit ad Solis calorem (nõ ad ignem) & percolant raro laneo panno, quem burattum dicunt, ſtringunt, comprimunt, donec per colum purus tranſeat, & ita exſiccant, rurſuſque in puluerem comminuunt, quem denuo aqua roſarum aut alia odorata humectant, linteo cooperiunt ne labefactetur à volitantibus per aera, & hunc laborem bis ter vel quater repetunt.

Tandem addunt portioni huius maſſæ nobiliſſimæ moſcum, ambram, zibetum (horum elegantem proportionem vide in claui ſub finem Cap. 9.) huius mixturæ accipiunt granum vnum, ſaccari albiſſimi gra. decem diſſoluti in mortariolo cum aqua roſarum & guttam ſucci citri, atque maſſæ adiiciunt, vaſcula implent obturantque carta pergamena ſericio panno ſuperueſtita, eſtque magnatibus atque delicatis gratiſſima merx.

Quod ſi Sapo temporis diuturnitate in vaſis exſiccaretur repetito ſupradicto labore humectandus ſcil: & denuo exſiccandus eſt

ad

ad conſiſtentiam melle Paulo duriorem.

Notandum Saponem annorum 5. perfectiorem fore 4. & hunc meliorem trium. Item inter effundendam aquam odoriferam, non ſtatim agitatione pinſandum, ſed in quiete ſinendum per diem & noctem, vt paulatim intret humor non ſecus quam ſi cretam humido emollire velles.

Sal Maris, quia non eſt corpus vacuum, vt ſunt alcalia ſalia, cum pinguedine in Saponem non coagulatur, habet enim ambas facultates difficulter ſeparabiles vt in Clauis capite quarto ex profeſſo demonſtraui. *Sal marinum non fit ſapo.*

Vitrum compontiur & diſſoluitur.

Cap. 5.

VItrum fit ex eodem Silice, & eodem Sale alcali, regula contraria, & non via humida vt ſapo, ſed ſicca & ignea fuſione vel liquatione. Miſcentur autem tres aliquando duæ ſaltem partes pulueris ſilicum, cum parte vna ſalis alcali (& non cibarii acidi) quod rodendo liquat ſilicem, & in fuſionis igne abſorbet, alcali inquam pars

pars abſorbet acidum illud quod ſilex pro calce continet, ſupernataque interim fuſo ſilici quod vocatur à vitrariis axungia aut fel vitri. Altera pars alcali coit cum ſilice, ſaturaturque de eo, & quia in eodem conſiſtere nequeunt, vt docet Hippoc. euadunt ambo in pellucidam maſſam, aiuntque artifices vitrum eſſe coctum.

Anatron Crollio, in lapide medicamentoſo.

Alcali autem ſupernatans acido ſaturatum ferreo cochleari deponunt, illudque vitri fel dicunt, id proiiciunt, tanquam pro vitro inutile, in ſalſum enim commutatum eſt à permixtione, ideò paſtores pecoribus illud ad lingendum porrigunt, præcipuè in locis vbi Sal carius venditur. Hoc humido Cœlo facile in liquorem abit, & Silicum puluis ab eo ſponte excidit, liquor calore coagulatur in verum ſal commune, quod probat eius granulatio, & deinde diſtillatio. Fundus vero vel fæx in vrinæ difficultatibus eſt medicamentum non contemnendum, non ſecus quam ſilex ignitus & in aqua vel vino extinctus vt docet Hartmannus in praxi, vt & keslerus Centuria quarta titulo Hydropicum.

Hæc autem aqua aliquando

frustra

fruſtra propinata fuit, præſertim quando ſilex minore vel maiore quam par ſit calore excandeſcit, & diuretica illa vis perit, perit autem cum ignis calor ſilicem alcalizat, id eſt quando ambæ facultates in vnum coeunt, tunc ad vrinæ loca non pertingit ratione fixitatis, imò & alia vrinam mouentia tunc temporis retardat, quatenus ſtomachi digeſtionem, quæ eſt ex acido, perturbat, ſibique appropriat. Et ideo veteres cæperunt vitrum in ſilicum puluerem reducere per extinctionem in acidum ſalem cum felici ſucceſſu.

Hanc reductionem, & præparationem plane Hippocraticam & ingenioſiſſimam vocat reformator more ſuo fol. 732. phar. *lenidenſem inutilem, ineptam, & omni iure explodendam. Videant* inquit *quam turpiter ſe dent tales Philoſophi putatitij, & ſermocinales, qui vera philoſophia deſtituuntur, & in quantos ruant errores, vt non ſolum illis, qui penitus naturam, eiuſque penetralia ſcrutantur, ſed & ruſticis ipſis, imò lippis & tonſoribus, nec non vetulis & anis ſe deridendos propinent. Vitrum hoc modo præparatum* (pergit ſcriba aculeis pungere) *ſine peri-*

Monſtruoſus ſermo, monſtruoſi ingenij eſt index ait Galenus

riculo, aut detrimento, ægroto, l cet illud protinus non ſenſerit, exhiberi minime poteſt.

Tantum ne eſt ab re tua otij tibi aliena vt curei? Terent.

Ego vero probabo contra reformatoris friuola fundamenta eum qui docuit vitri uſtionem, rectè ſenſiſſe, illumque à columnis quibus illum ſcriba aſperſit, vindicabo, & præcipuè contra illud: *Quod vitrum hoc modo præparatum, ſine periculo aut detrimento ægrotis exhiberi non poſſit.*

Vitrum vnde habet ſuum componi, in id per idem ſuum habet reſolui

Accipe ergo vitrum clarum, pellucidum, illudque cum pluri, & vitro ſimili alcali liquato, poſtea aeri humido illud expone & reperies mox totum vitrum reſolui in aquam, huic affunde ſufficiens acidum, ideſt alcali contrarium, & cadit ſilicum puluis. Hic puluis amplius vitrum non eſt ſed puluis inquam ipſius ſilicis, à quo ſcriba abhorret, & ſine detrimento ægrotis non exhiberi aſſerit: immemor, ſe ſilicum puluerem Reginis commendare ad lactis generationem in Append. Regia fol. 136.

puluis ſilicum.

Veteres ſeparandi artem mortalibus diuinitus conceſſam ita exacte non habebant, vt in hoc ſeculo; per diſcurſum tamen eam cognoſcebant, extinguere id eſt fundere itaque cæperunt vitri pollinem,

linem, in cineribus ſtipitum fabarum, quorum ſal ex acido ſalſus eſt, vt ſuo loco oſtendam, fuſionem repetebant ſemper nouo cum cinere, pulueremque vitri aqua abluebant, ita vt quælibet fuſio fuerit vitri vel eius alcali deſtructio, illudque abluebant, & rurſus fuſioni committebant, donec fabarum cinerum ſal omne alcali deſtruxerat & impalpabilem puluerem relinquebat. Hic puluis ſilicum eſt, non ſecus quam ille, qui ſupra cum alcali liquatus, & acido præcipitatus, quem ſcriba plebeis per os tutò exhiberi poſſe non putat, & vt dixi Reginis lac generare promittit.

Curioſulus reformator qui in veterum pectore oculũ geſtans, ſuos interim errores non vident.

Hac in præparatione quam reformator ex ignauia & inſcitia *leuidenſem* appellitat, latet profunda naturalium rerum notitia, vt paulatim apparebit, & nullo modo eius aſſumptio eſt timenda, vt falsè docet ſcriba. Sed plurimum ignorantes plurima timere neceſſe eſt.

Simplicisũ vera præparatio & cognitio totius hominis vitam propemodũ ſibi requirit.

Sed cum curioſis oculis nil iucundius quam vitrum rubini colore tinctum ſpectare, mechanicam ſic habe.

Accipe Aurichalci limati vnc. I. ſalis armoniaci vnc. iſſ. Mer-

curii ſublimati vncias duas , miſce, inde phiolæ rotundi ventris, hæc erecta non ſtet , ſed prona decumbat in arena, & quando videris ſublimatum aſcendiſſe, verte phiolam in calore continuo, donec tota materia rubeſcat, quod fit 8. horas circiter. Refrigerata & fracta phiola, ablue ſalia tepida aqua acidum pulucrem ſparge ſupra vitrum ſeu bulliens ſeu ignitum & intrat, & tingit pulcherrimè.

Sic quoque poſſumus literás ſeu figuras polito marmori calefacto cum ſanguine draconis inſcribere, cuius acida pinguedo penetrat lapidis porcſitatem, vt denuo poliri poſſit, ignari vero exiſtimant miraculum & naturæ opus. Idem fieri poteſt cum Gutta Gcmù.

Rumor ſine Capite.

Cap. 6.

CIrcumfertur modus eliciendi ex calcinato ſilice diureticam vim per alcali deſtructionem, id eſt per regulam alcali contrariam cum acidis ſpiritibus hoc modo. In ſpiritum ſalis fruſtulatim iniiciunt calcem viuam, qui ſtatim

ma-

magno impetu & vehementi ebullitione ab alcali calcis combibitur, phlegma inſipidum euocant, & calcem acido ſaturatam, in triquetro ſeu crucibulo leui igne liquant, liquefactam in frigidum mortarium fundunt, frigefactam materiam tundunt (igneas ſcintillas tunc ſpargit) in puluerem, ex quo aqua calida ſalſedinem eliciunt, purificant, coagulant, & rurſus ſponte in liquorem ſalſum defluere ſinunt non inutilem.

Reperiuntur autem ſophiſtæ & impoſtores, qui promittunt hunc liquorem per retortam diſtillari, miſcent nimirum prædictum liquorem cum calcinatis ſilicibus & pulueriȥatis in quadrupla proportione, & diſtillant aperto igne in acidum ſpiritum, quem ſpiritum calcis viuæ Baſilii peruerſo nomine appellant.

Sed videamus cuius ſit filius dictus diſtillatus ſpiritus, primo nimirum abſorptus fuit ſpiritus ſalis ab alcali vitrificante, & in igne conſtantiſſimo.

Deinde acida pars ſilicis per aquam fuit ſeparata & reiecta ſub fæcum larua.

Tertio Alcali fixum ſilicis vel calcis hauſit acidum ſalis ſpiri-

tum, nil inde fieri poteſt, quam materia ſalſa, eſt enim compoſita ex acido & alcali.

Quarto, miſcent hoc ſal cum calcinatis ſilicibus, id eſt cum calce viua, alcali fixo prædominante.

Hanc mixturam vrgent igne validiſſimo, ſed reuera aliud nil extillat neque extillari poteſt quam acidum volatile quod affudiſti, id eſt, idem ſpiritus ſalis, quem alcali abſorpſerat.

Hunc ſpiritum, celeberrimi viri plurimi æſtimarunt in podagra & lithiaſi tanquam quid ſingulare, euentus autem docet nil aliud quam ſalis ſimplicem ſpiritum eſſe.

Adeoque Baſilius male intellectus, non ſcripſit impoſtoribus licet ab his inique pro falſario proclamatus. Quadrat hic Comici dictum: Si ſapis, quod ſcis, neſcis.

Addo huic examini.

QVod hac methodo quilibet proceſſus, tam chimicus quã medicus, poſſit ingenio & diſcurſu probari, & verus à falſo diſcerni, ſine expenſis vllis aut temporis perditione, poſtquam imbutus fueris hac Hippocratica doctrina, quam

Natura nil quicquam habet occulti in hoc ſub-

quam breui compendiolo hic trado, nec amplius poſſis ab impoſtoribus, ſophiſtis & deceptoribus circumueniri: imò hac methodo operando, & libros ſcribendo per omnia tria regna, animale ſcil. minerale & vegetabile, in hac naturali Hippocratica vera & antiquiſſima philoſophia recto tramite progredi ſine errore vllo, nec ſeduci in progreſſu fateberis.

lunari globo, quod medicinā ſpectat, vt Hippocratico hac methodo manifeſtū non fiat.

Qui benè diſtinguit benè docet.

Cap. 7.

PRo maiore lumine & intelligentia, operæ pretium erit alcalium differentiam, & quid ſit contrarietas vel acidorum abſorptio & imbibitio, priuſquam progrediar, ad oculum demonſtrare *ſegnius* ait poeta *irritant animos demiſſa per aures quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

Sunt autem vt dixi varii gradus & ſpecies ſalis alcali fixi, quæ ex vegetabilium cineribus acri flamma reuerberatis per lixiuiationem educuntur *vt cap.* 21. declarabo, vt tartari ſingularis priuilegii, tiliæ, coryli, ex omniumque quercuum generibus, & ex iis vegetabilibus,

Alcalizatus cinis proiectus vbi cimices regnant.

omnes moriuntur. non ſecus quam à ruta decocto.

quæ per Noruegiam, Lituaniam & Muſcouiam in deſertis viridia in cineres alcalizatos exuruntur, imo ex qualibet herba & ligno fit per reuerberationem longam (id eſt quando viua flamma cineres quaſi liquefacit) alcali fixum.

Item ex omnibus herbis calidis & oleoſis vt roſmarino, lauendula ruta &c. licet à principio harum alcali ſit volatilius, omnia inquam huiuſmodi ſalia vnico verbo acidis ſunt contraria, illorumque deſtructiua quorum differentiam oſtendit ſequens tabella.

Diſſolue ſemvnciam ☿ij ſublimati (qui ex acidis ſpiritibus cum ☿rio vt alcali compoſitus *à permixtione* in ſalſum eſt mutatus) in aqua communi diſtillata vnciis quinquaginta, in particulam huius claræ ſolutionis, guttatim, ſed celeri lapſu ſtilla alcali tartari fixum (eſt namque liquor tartari ſponte reſolutus) quod in momento diuidit compoſitum, abſorbet acidum, & ☿ illicò petit fundum obſcure rubens.

Alcalium fixorum mira differentia.

Ex aceti fæcibus calcinatis elicitur per aquã, tartari alcali, & licet ex eadem vite cum vino ſit productũ, mercurium tamen præcipitat ruti-

rutilantem & ſplendentem.

Cum vero idem alcali ad rubedinem calcinatum fuerit tunc præcipitat Mercurium cinnabaris contritæ coloris.

Tartaro exuſto ſi calcem ſuperaddis & alcali per lixiuiationem extrahis præcipitat Mercurium rutilum.

Ex herba kali extractum præcipitat Mercurium multo obſcuriorem priore.

Lixiuium quod ſaponarii magiſtram vocant, conſtans ex calce & alcali quercuum edit Mercurium obſcure rubentem.

Ex Hiſpania adfertur alcali incertum vtrum ſimplex an compoſitum, Mercurium tamen præcipitat fului coloris.

Cum vero idem Mercurius præcipitatur alcalibus ex herbis cephalicis vt roſmarini lauendulæ &c. modeſtè calcinatis, hæc quidem ſunt alcalia, ſed non cinerum reuerberatorum, vt priora ideo multo volatiliora, deiiciunt tamen Mercurium rubidum lucentem.

Sic chelidonia habet Alcali mirabile (vt non ſine myſterio laudetur à Paracelſo & Lullio eius quinta eſſentia, & vt Cæli donum doctrinaliter admodum & præ-

Verucas tollit ſuccus chelidoniæ. clare laudetur ab Iſac Hollando dicente: *qui hoc ſal non nouit nihil vnquam in arte præſtabit*) quod deijcit mercurium rubicundiſſimum: vaſculum cum hoc præcipitato ex incuria neglexi, neque liquorem abijci iuſſi, poſt menſem circiter in liquoris ſummitate efflorvit color aureus chelidonij flore non abſimilis (ſtriarum more nitri coaluit) non ſine ſpectantium admiratione.

Geber fol. mihi 222. Exempla hæc docent Alcalia vt talia retinere proprietates cæcas rei, à qua deſumpta ſunt ex Gebri doctrina & alcali quo ignea facultate virtuteque ditius eò promptius acida bibere & rubicundiorem detrudere mercurium. *Hinc Roſarij Autor. Qui non guſtauerit ſalium ſapores, nunquam perueniet adoptatum fermentum fermenti.*

Sal fuliginis. Sal fuliginis & volatilia omnia mercurium candidum & niuei coloris ex dicta ſolutione præcipitant quod notandum.

Tartari tinctura. Ex Tartari tintura quo perfectiore tanto candidior cadit mercurius, ex viliore flauus, & ex ſale Tartari obſcure rubens vt oſtendi. Secretum curioſis aperui, quod paucis permiſſum eſt.

Salſa autem cuiuſcumque ſunt ge-

generis mercurium non præcipitant, & quò ſalſis viciniora tanto minus acidis nocent.

In exempla.

SAl commune cibarium, mercurium ex dicta ſolutione non præcipitat, & licet longum tempus & acri flamma concremaretur, nunquam fit alcali, vt neq; ſub digeſtione mutat naturam: eſt ergo ex omnibus perfectiſſimum, & non ſine prærogatiua ſingulari vocatur ab Helmonte *ſalium ſummum*. *Salis marini conſtantia*

Mulier quædam deiecit vermem quinque vlnarum globi formem, cui datus fuit hauſtus aquæ in qua tantum ſalis marini ſolutum fuit quantum ſoluere aqua potuit, bina habebat capita, vnum in globi medio.

Alcali ſalis petræ, licet eius prima origo ſit ex alcali vrinæ, cum ſulphure autem in alcali fixatum; quod fit cum fuſum ex iniecto per vices ſulphure non amplius ardet ideo quodammodo tunc ſalſum ſapit, quare mercurium ſic ſolutum non præcipitat. *Alcali ſalis petræ*

Huius ſalis, per ſolutionem & coagulationem mundati datur *Purgans ex nitro*

ſem vncia in ſufficienti aqua diſſoluta ptiſſando in colicis doloribus ex calida cauſa, dolores minuit expurgat, & ſitim ſedat atque vrinam potenter mouet, ſic quoque in febribus omnibus ardentibus eſt remedium nobile, non ingrati ſaporis.

Sic Alcalia quocunque modo in ſalſum mutata mercurium non amplius præcipitant vt docet ſequens mechanica.

Sal fulminans

Accipe nitri partes iij Alcali tartari exſiccati partes ij, ſulphuris part. j, pulueriza ac miſce. Huius compoſiti drachma circiter in cochleare vel æneo vel ferreo ſupra carbones accenſos teneatur donec maſſa acidum ſpirare incipiat, Acidum hūc fumum amplectitur alcali inuicemque ſaturata ambo in ſalſum conuertuntur, in hac ſalſa maſſa bullit vtrumque ſulphur igneque perſeuerante flamma concipitur quæ ſub ſalina cuticula locum anguſtum non perferens, ideo cum magno fragore & ſtrepitu in auras erumpit, non ſecus quam puluis pyrius anguſto loco incluſus, cuius granum incenſum occupat ſpatium centum & viginti quinque millibus granorum maius Vvillebordio Snellio te-

Puluis pyrius

teſte. Materiam verò in margine cochleari plano relictam ex alcali in verum ſalſum tranſmutatameſſe deprehendimus, quia mercuriū ex dicta ſolutione amplius non præcipitat.

Hoc ex fundamento etiam Ceraunochryſon ſtrepitum edit cuius præparatio ità ſe habet.

Aurum fulminans

AVrum ſoluitur in aqua regia (ita dicta, quod Aurum metallorum regem in aquam viſu tenus reducat) conficitur ex aluminis vſti lib. ij. & nitri clari lib. j. apertoque igne in aquam acidiſſimam diſtillatur: cum autem nulla ſit acidorum actio in pinguia & ſulphurea vt in progreſſu mechanicè monſtrabitur, ideò in huius aquæ vncijs iiij vncia vna ſalis armoniaci ſub marmore contriti liquanda eſt, fitque aqua ſalſi ſaporis.

In ſalſa hac aqua diſſoluitur laminatum Aurum leui calore, diſſoluto guttatim & paulatim inſtillatur Aleali tartari ſeu liquoris ſalis tartari (dic vt lubet) tantum vt aqua appareat clara, id eſt tantum vt acidum nitri ſpiritum alcali ſit

ab-

abſorbendo, factaque nitri & auri ſulphurei regeneratio noua, noua coniunctio & vnio, præceps in fundum eadem opera cadit flaui coloris, hæc autem fæx ſeu fundus omni ſalſedine tepida communi aqua abluta exſiccetur admodum caute, facile enim accenditur, & impetu aerem ferit validiſſimumque ſtrepitum edit non fine adſtantium periculo, inſtar enim pulueris pyrii in orbem diffunditur, maioreque violentia, vtpote ex nobiliori ſulphure & nitro miſcella validior, non autem deorſum verſus præcipitatur vt inexperti ſcriptores exiſtimant.

Accenſionis autem ratio non prouenit ex ſalis armoniaci & tartari incompatibilitate vt putant, ſed quia ſpiritus nitri in alcali tartati reaſſumit corpus & nitri naturam (vt ſuo loco, & in clauis ſexto capite ex profeſſo ad oculum demonſtrauimus). Nitrum illud, cum auri ſulphure acido & pingui iunctum, vnitum & exſiccatum per æquè ac puluis pyrius flammam concipit. Ex nitro namque & ſulphure pariformiter vterque puluis componitur: ideoque ſimiles mores habent, vt apparet etiam in croci metallorum præparatio-

ne;

ne: vbi ſulphur Antimonii cum nitro ſimili modo accenditur.

Cum vero maior quantitas alcali inſtillatur, vt nitri ſpiritum ſuperet, tunc fit in ſalſum mutatio, ideoque nulla amplius accenſio, ſicut & puluis pyrius, cui niſi aderit proportio iuſta, accenſus non dilatatur in orbem, ſed flacceſcit.

Sic aurum in ſpiritu ſalis ſolutum & alcali tartari præcipitatum non accenditur redit enim in ſal quod flammæ reſiſtit.

Aurum hoc fulminans poteſt ſublimari in flores pulcherrimos hunc in modum.

Auri flores.

Fiat vitreum vas ſpheri-formæ, quod recipiens dicunt decem vel duodecim plus minus librarum aquæ capax, habeatque foramen in medio ventris magnitudine ſcriptorij calami, os recipientis non ſit admodum amplum, ſed iuſte formatum, ori adaptetur cooperculum ex argento aut cupro inſtar pyxidum, igne incaleſcat cooperculum & per foramen calamo intrudatur tantillum auri fulminantis quartam nimirum partem grani circiter ſic vt cadat in cooperculum, ita accenditur: foramen digito claude, & parieti recipientis adhæret, puluiſculus, qui ſpiritum vini tartariſatum in aureum colorem tingit in cordiale

non

non contemnendum.

Ferrum non fit fulminans in aqua regia ſolutum vt ſomniat Hartmanni cōmentarius in Crollii cordiale, quia ſulphur ferri neque acidum neque pingue eſt ſicut Auri, ſed terreſtris materiæ, quare Horazio ſterilis vocatur rubigo, vt clauis cap. 8. oſtendit. Nunc vnde digreſſus redeo.

Anatron crollio in lap. medicamentoſo

Fel vitri (ſuin de verre Gallice) compoſitum ex acido ſilicis & alcali vegetabili in ſalſum, mercurium non præcipitat.

Sic Talci liquor (non oleum, vt vult ignara turba flammam enim non concipit) mercurium ex dicta ſolutione non præcipitat, ideo ſalſus ſit neceſſe eſt.

Sal ex diureticis

Salia ex herbis diureticis omnibus, vt ſtipitum fabarum, geniſtæ Hypericonis. Herniariæ, vrticæ &c. omnia inquam ſunt ex acido ſalſi ſaporis, & ideo mercurium ex dicta ſolutione non præcipitant, cum vero acri flamma alcalizantur, tunc cadit rubicundus.

Hinc liquet, quod veterum ille doctiſſimus, qui vitrum ignitum in cineribus ſtipitum fabarum liquari iuſſit & non in alcalizatis, rectè vitri vſtionem inſtituerit contra reformatoris opinionem.

De

De quo capit. 5.

Cineres, ex claſſe vulnerariarum, vt betonicæ Agrimoniæ, pyrolæ, Veronicæ, Stellariæ Alchimillæ &c. omnes fundunt plane ſalſum ſalem, ob id ad vitrificationem inepti, & mercurium non præcipitant, qui & ipſe eiuſmodi eſt vt dicetur ſuo loco. Omnia autem dicta ſalia per ignem fuſionis, mutant naturam, fiunt alcalia, vitrificantur, & mercurium deiiciũt rutilum. Hinc Zoar ſuper Exodum notat quod ex quouis cinere vitrum paratur, id eſt quando in alcali cineres reducuntur. *Sal ex vulnerarijs*

Sal abſinthii eſt ex acido ſalſus & mercurium non præcipitat, vt neque ſpiritum vitrioli abſorbet, vt docet reformator phar fol. 788. ſub titulo *ſpiritus vitrioli coagulatus*, cum vero per colliquationem alcalizatur, tunc vitrificatur & mercurium præcipitat flauum, ſpiritumque vitrioli alcalium more abſorbet. *Sal Abſinthij.*

Hinc elicitur multa fortiori igne quam eorum natura fert, fixari & in neutrum verti. Fiunt itaque quam plurima ſolo ignis regimine, non quod ex orco in lucem actutum generentur, vt credit vulgus Hippoc. doctrinæ ignarus,

rus,ſed ſaltem ſimplici alteratione ſubiecti vt docet magiſter *de diet:* illique ſciunt, qui internum cum externo harmonicè coniungere norunt.

Vnde erudimini, quod herbæ oleoſæ omnes, & quæ calidæ dicuntur atque pingues ſunt, leui & ſimplici incineratione ſal alcali edunt ſuo modo volatile: cui ſi Hippocraticus propriam reddit pinguedinem cum ſpiritu vini dilutam, conuertuntur arcana coctione in ſalſum admirabile, quod tunc Elixir paruum vocatur à noſtris magnatum virium in medicina.

Vide Ripleum Bacconem &c.

Aliquando peritis manibus,non tamen ſine Herculeo labore ignis ope magnaque diligentia, aſcendit alcali volatile grati odoris; adeo ratum leueque,vt vix tangenti digito ſentiatur,aliquando griſei,aliquando niuei coloris, ſalini ſaporis,linguam ferientis, & penetrantis,ita ſubtile, vt citra ignis irritamentum ab aperto vaſe ſponte in auras abripiatur cum per ſe ipſum in igne conſtans perſiſtat per huius alcali proprietatem inquam fiunt plurima vere potabilia, ita vt non ſolum in corpora redire ſit impoſſibile, ſed inſuper ſic à vinculis

Alcali volatile,

culis. coagulationum liberantur, vt libere nobiſcum colludere queant.

Ex lilii conuallii floribus aſcendit brunni coloris in capitis affectibus promptiſſimum remedium.

Ex lauendula in rubedinem vergens paraliticis non iniucundum.

Sic ex corticibus nucum iuglandium viridibus ſe manifeſtat limpidiſſimus liquor, non ſecus quam rectificatus fuliginis ſpiritus camphoræ odorem ſpirans, horum omnium virtus eſt illuſtrare ſpiritus vitales, & inter cordialia medicamenta adnumerantur, & mercurium præcipitant leuem ſpongioſum & candidiſſimum.

Salia etiam in diuerſa tranſmutantur ex ſimplici & ruſtica. Commiſtione: quod ſic probo: Confunde ex. gr. liquorem ſalis abſinthii, quem ſalſacidum oſtendi cum roſmarini qui ſuo modo alcali volatile eſt, liquor fit lacteus & granulatur in ſal neutrum, acquiritque vires longe diuerſas à priore, mercuriique liquorem turbat ſolùm, & non præcipitat.

Curioſulus quærit, ad quid medico tam operoſus labor? cui reſpondet magiſter, *quod ſimili prorſus*

Ex nucum iuglandiũ corticibus & oleo ſit unguentũ contra Scrofulas excellẽtiſs. idem oleũ tingit capillum nigri coloris ſed ex integris nucibus menſe Iunio decerptis.

Ab ol. diſtill. roſmarini per plures menſes per os ſumpto paraliticum reſtitutum vidi, ſicut & ab vnctione opobalſami contractũ etiam balneis vtebatur ex capitibus veruecum.

Vinũ roſm. ab aſtmate præſeruat.

ſus modo hom.nis natura operatur, cum qua omnes artes omniaque artificia communicant, & medicus huius doctrina ignarus defraudat quandoque ſuam intentionem, *propter attributa circumſtantias & varias mutationes, quæ in multiplicibus humani corporis ventriculis contingunt*. Verba Hippocratis.

Fuſoria ars, alcalibus acida abſorbi docet. Cap. 8.

OMnia mineralia cuiuſcumque ſunt generis, quæ metallica corpora abſconſa gerunt, aſſociata ſunt acidis (ſulphuri nimirum vario) quæ impediunt quo minus metallum ab impuritate fodinarum ſegregari poſſit. In hac anguſtia neceſſe eſt confugere ad alcalia, quæ celerem præſtant opem.

In puluerem itaque reducunt minerale, idque alcali commiſcent ac in crucibulo fundunt, fuſionem nitro accelerant, quod cum dicto ſulphure accenditur, ſic pro parte deflagrat, pars vero cum tartaro in alcali vertitur. Hoc alcali abſorbet & combibit omne acidum, quod *metallum in fugam vertere potis eſſet*, ſed hac via fūdū in

Metalli præcipitatio per Alcali.

in fuſione petit, quem artiſtæ REGVLVM, id eſt purum matallum ſulphuribus priuum appellant: quod rurſus ſub cupella probatoria cum plumbo ad puritatem vlterius deducunt: de quo vide docimaſticos, mei ſaltem eſt intentio de ſalium natura loqui.

Dixi, metalla etiam perfecta ab acidis mineralibus in fumum verti, quod in argento cum plumbo fuſo in teſta, quam cupellam vocant, facta ex Cinere lauato manifeſtum fit: in hoc fruſtulatim ſulphur inijce, cuius aciditas cum fugit, etiam metallum in fugam vertit, quod recolligere licet madido linteo panno in camino expanſo. *Argentũ fugit cum acido minerali.*

Aliud experimentum quo probantur metalla perfecta ab acido minerali in fugam verti, eſt Cementum illud quod Regale vocant, & componitur ex commune marino ſale & laterum puluere, quo cum ſtratificant aureas monetas cupro ligatas, in hoc cemento aurum ſine fuſione dimittit cuprum quod cum acido ſalis ſpiritu in fumum abit, ſpiritus tamen etiam de auro non nihil ſecum aufert: ſed cum ſpiritus acidus auro grauatus coopercula teſtacea tranſuolare tentat terreum al- *Aurum fugit cum acido minerali.*

cali

cali ſorbet acidum fumum, & aurum irretitur ſeu præcipitatur, cooperculiſque inhæret, dum ſpiritus hæc rodit, quæ poſtea conteruntur, cum argento viuo & aqua, in hac contritione mercurius bibit aurum, illudque hero ſuo reddit, quando per corium ab illo ſeparatur.

Regulus Antimonij. Quemadmodum mineralia metalla ferentia in REGVLVM funduntur, eadem via etiam ex Antimonio Regulus præcipitatur: ſcilic. Antimonij Tartari ana lib i. Nitri lib. ſ. in puluerem contere, & commiſce, & per vices hanc mixturam accende in crucibulo candefacto ad totius materiæ accenſionem, tunc addito igne fuſionis alcali bibit aciditatem antimonij, reguliqne puri ſegregantur 4. vnciæ.

Sunt qui loco nitri ſal marinum accipiunt, ſed vt dixi non fit alcali cum ſulphure, ideo Antimonium ab eius aciditate roditur & in ignis tortura eleuatur in bullas minuſque cadit reguli. Hæc exempla de præcipitatione per fuſionem cum alcali in via ſicca ſat's eſſe iudico.

Eſt & alius præcipitandi modus via humida dictus cujus exemplum

emplum ſit: Alcali quoddam in aqua ſolutum, vel commune purum lixiuium idem erit ſicut ſemper vt dixi acida abſorbet, & ſic mundificat etiam ſal petre ſeu Nitrum ab omni acido, quod ideo emunctiores medici in angina pro ſummo refrigerante elegerunt, ob id ſal prunellæ vocari cœpit (quidam ex ignauis patribus, cum forte laudari à noſtris audiuiſſet ſal prunellæ, acceſſit noctu ad pharmacopolam, & de ſale prunellæ quæſiuit num paretur ex prunis ſilueſtribus vel domeſticis? Hi tamen à vulgo idiotis & mulierculis canonici vocari amant) coquunt inquam nitrum in lixiuio alcalizato, donec gutta in frigido ferro vt ſeuum conſtet, tunc in frigidum locum ſe ponunt, ſine effuſione in aliud vas, & per noctem in ſtrias concreſcere permittunt nitidiſſimas & puriſſimas, quas ſequente mane abluunt. Alcali enim omne acidum nocuum & impurum ab illo abſorpſit, *ſicut in humano corpore etiam contingit* Hippoc. ſic docente lib. 1. de diæta.

Nitrum cū ſulphure combuſtū fit ſalſum, & angina plus nocet quam p rodeſt.

Nitri ſic mundificati vires ſunt diuinæ & innumerabiles in omnibus fere morbis, qui refrige-

frigerationis indigent.

In alui ſtipticitate cum febrili calore coniuncta fit potus humectans, refrigerans & lubricans oculis & palato gratus ex nitro, Manna & aqua, proportione pro indicantis exigentia,

Idem potus confert Aſtmaticis, febricitantibus, & ructibus ex accenſis Hypochondrijs.

Vrinæ ardori nitrum licet mundificatum non prodeſt, quòd ſalſorum more vrinæ loca pertranſit, quod alcalibus non licet ob rationes vbique explicatas, & mercurium non præcipitat, ideo ſalis naturam hoc loco ſequitur.

Hactenus de acido & alcali in genere, nunc ſpecialiter de Tartari alcali aliquid dicendum.

Alcali tartari prærogatiua.

Priuilegiatum Alcali Tartari.

Cap. 9.

DIxi quod inter fixiora alcalia ſal tartari gaudeat ſingulari priuilegio, & licet ſit corpus graue, terreſtre, impurum, & ſordibus inquinatum, digeſtum tamen cum quocumque metallo per debitum tempus id conuertit in mercurium currentem, quod expertus, incredulis

Aurum cũ ſit fere totum ſulfur minimum dat mercurij.

dulis pro veritate aſſirmo, id vero ſi qui credere nolint, parum ſolicitum me reddit.

Ingenioſus autem Helmont paucis illud curioſis indicat Tract. Poteſt: medicaminùm, parag.40. his verbis. *Senſi* inquit *cruditatem Saturni pinguedine fixorum ſalium ſolubilem, ſicque diuidi partes compoſiti, vt crudum argentum* (ideſt mercurium) *currere permittit.*

Quod autem pingue ſal id eſt Alcali, calcinata metalla diſſoluat docent vrbis vetulæ, quæ coquunt litargyrum ideſt plumbum calcinatum in forti lixiuio ad denigrandos capillos, quod habet etiam Porta in Magia Naturali, cui lixiuio inſtillatus vitrioli ſpiritus lixiuiale alcali in ſal conuertit, & ſtatim cadit litargyrum ſub albi pulueris forma, quem leni igne reduc in plumbum, & ſecurus eris alcalia abſcondere in ſuo ventre metalla, apta eſſe.

Ideo pergit Helmont: *Calcinata acerrima cum ſale armoniaco reſoluto & tartaro putrefacto dulcorantur.* Id eſt, vertuntur in mercurium currentem non amplius acrem vel mordacem, vt calcinata, ſed linguæ inſipidum.

Accipe ergo Argenti in aqua forti ſoluti & cupro præcipitati (de quo poſtea dicetur) vncias quatuor ſalis armoniaci purificati per ſublimationem repetitam vncias tres alcali Tartari puri vncias quatuor, miſce exacte cum tanta aquæ quantitate vt fiant inſtar pultis liquidæ, quæ per 3 & plures menſes relinquenda eſt in tepido loco, vaſe bene clauſo, deinde rurſus exſiccari debet in Solis calore aut lentiſſimo igne in puluerem, quem inde humili vitreo vaſi largum fundum habenti, vt puluis æqualiter diſtendi poſſit, cui adapta alembicum vitreum, in ſummitate foraminatum, vt humiditas exhalet, & ſuppoſito carbonum igne ſublimabitur griſeus puluis, qui refrigeratis vaſis digito tactus fluit in currentem mercurium.

Mercurius Argenti

Hinc Baſilius de Tartaro lib. de magno mundi miraculo.

Durch meinen geiſt, das ſie ſich rechen
vnd alle metalle gantz zerbrechen.

Quemadmodum omnia ſublunaria, experientia teſte & antiquiſſima Hippocratica doctrina ſu-

ſuffulciente ex duobus ACIDO nimirum & ALCALI conſtare (vt in hoc ſcripto) mechanicè oſtendam : id etiam de argento omnibuſque alijs metallis intelligendum volo. Huic enim noſtro argento affuſum alcali tantum acidi ſulphuris per digeſtionem & coctionem abſorbſit, quantum mercurio in argenti ſtatu pro ſui conſtantia ſatis erat. In ☿ locum ſucceſſit alcali (adulterium vocant Philoſophi) quod ab argenti acido ſulphure amplectitur, perdit ideo formam & pulcritudinem, mutaturque in naturam neutram, idcirco liquatur lentiſſimo igne ſicut plumbum, vel ſicut ſal armoniacum cum ſilicum viua calce commiſtum (de quo ſupra) vocaturque à Crollio Luna cornea quod cornuum inſtar cultro ſciſſile ſit. *Diana nuda* *Luna cornea.*

Cornea hæc luna licet centies aqua calida ablueretur, liquareturque celeri fluxu ex tartaro & nitro, ſeparari tamen ab inuicem poſſibile non eſſet, niſi in Saturni balneo, in quo quicquid argenti ſupereſt, redit in integrum : Salia verò cum plumbo in ſcoriam & litargyrum, quod etiam rurſus ſimplici fuſione in plumbum reducitur. Scoria vero quæ ſalia *vt de auro fulminãte alibi dixi.*

erant in elementa rapiuntur ſimul cum Argenti acido ſulphure, quod abſorpſerant.

Sal Tartari itaque eſt medium in quo reuiuiſcunt metalla & mineralia, licet per artem validumque ignem videantur plane deſtructa.

Simili modo cum Alcali fit Mercurius currens, ex Antimonio.

Accipe mineram Antimonij reduc in puluerem ſubtilem hunc laua communi aqua donec aqua decurrat clara, exſicca puluerem, huius recipe ex.gr.lib.vi Alcali tartari puri libr. iii. ſalis armoniaci libr. iſ. miſce & cum vrina veteri clara pone in vitreum vas clauſum per tres menſes in tepido loco, vt putreſcant, elapſo tempore, adde Aluminis crudi puluerizati vnc. iiii. calcis viuæ pulueriʒatæ libr. iiii. aceti diſtillati libr. ii. miſce, fac globulos, quos in aere modice exſicca, diſtilla ex retorta in magnum vas recipiens, & decurret viuus mercurius in recipientem, pars adhærebit collo retortæ, quam aceto ablue, hunc

ſerua

ſerua & pro Helmontis ſecreta cinnabari vtere, de qua poſtea.

Alcali tartari itaque videtur quodammodo typum repræſentare philoſophorum chaos, in quo aiunt reuiuiſcere eorum mercurium, de quo Paracelſus *lib. de Natura rerum*.

Regeneratio, inquit, & renouatio metallorum fit ita: quemadmodum homo redit in terram, ex qua primo fuit deſumptus, & ita rurſus in die nouiſſimo regenerabitur, ſic & metalla iterum poſſunt in mercurium (ex quo primo nata ſunt) abire, & cum illo ſolui & mercurius fieri, & iterum per ignem (qui etiam iudicabit mundum) renaſci & clarificari. Hac via, inquit, generantur lapides, & tincturæ ſpeciales argenti vel auri. Hactenus Paracelſus.

Interea nemini Auctor ero vt ſibi perſuadeat ſal Tartari quocumque modo preparatum Chaos Catholicon Philoſophorum eſſe! licet metalla per illud in currentem mercurium redeant, id paucis admonuiſſe viſum fuit.

Huc quadrat elegans & ſimplex vtiliſſima tamen Argenti Calcinatio.

ARgentum foliatum cum ſulphuris flore commixtum in crucibulo ignito calcinatum abit in puluerem granulatum, rurſuſque ſubtiliter contritum cum ſulphure vt prius calcinatur, repetatur labor calcinationis ter, quaterue, omneque exhalet ſulphur, huius ſolubilis argenti granum in vitreum ſcyphum aquæ plenum proiectum, deſcendit paulatim ad fundum cærulei quaſi coloris iucundo ſpectaculo: per os aſſumptum in capitis morbis ea præſtat, quæ Autores argento potabili aſcribunt.

Vacuum in natura demonſtratur per artem.

Vacua eſſe Alcalium Corpora oſtendit. Cap. 10.

LIquori ſalis Tartari affunde guttatim ſpiritum vitrioli donec ſtrepitus ceſſet, mixturam reduc in Criſtallos, vel totam exſicca, & reperies ſal, vitrioli naturam habens, vomitus mouens drachmæ pondere per os datum, & quando quid ſuperbibitur, purgans

gans per inferiora, non ſecus quam crudum album vitriolum.

Albicans mucilago, quæ in coniunctione amborum liquorum ſubſidet, eſt ſimilis nigro ſedimini ex vitriolo crudo affuſo alcali cadenti, conſtanſque in igne ſicut colcotar, & fuſioni reſiſtens, adeoque non ex tartari ſale, ſed vitrioli ſpiritu procedit.

Hoc ſal ſi miſcetur cum nitro & mercurio, eleuatur ſublimatio rubra, cui ſi ſal marinum addideris fit ſublimatus corroſiuus.

Poteſt diſtillari per ſe ſine additione ſicut vitriolum naturale, licet ſegnius acidum emittat.

Si itaque hoc ſal, quod tartarum vitriolatum dicunt, poſſidet vitrioli proprietates, & ideo regeneratum dicatur, oportet ergo alcali vacuum fuiſſe corpus, ſi ſpiritus ex illo proprium ſibi domicilium formare potuerit.

Multo præſtantior, & perfectior fit Tartarus vitriolatus ex vitriolo crudo, in aqua ſoluto, & ex liquore tartari affuſo, donec ſolutio non amplius turbetur, quod punctum ſaturationis cum tædio reperitur, vnica nimirum guttula ſuperantis vertit miſturam aut in vitriolum, aut in alcali. De quo Hippocr. de *Tartari vitriolati facilior præparatio*

diæt. *Nunquam ſimul in eodem conſiſtunt*. Clarum liquorem coagula ſecundum artem in criſtallos ſplendentes. Tartarus hìc vitriolatus multò nobilior eſt priore, eo quod in diſtillatione per violentum ignem e vitriolo cupri liquamen eleuatur, ſpirituique commiſcetur, ſtomachoque moleſtum eſt. In hac autem ſimplici via, alcali ſaltem bibit ſimpliciſſimum illud naturale acidum, quod embrionatum metallum perfluendo erodit. Eſtque hoc acidum illud ſimplex (de quo cap. 9. clauis) naturæ noſtræ amicum in acidis fontibus, refocillans naturam bibentis, ventriculo gratiſſimum, licet quoque in magna copia hauſtum. De hoc breuiſſimè diſſerere decreui: Paracelſus tamen narrat *de morbis Tartareis*, quod in Pagulo Veltin Heluetiæ ſit fons, cuius ſimilem totius mundi ambitum non continere.

Si ergo ex ſimplici affuſione vacuum alcali induit vitrioli naturam, oportet vt ſpiritus penes ſe habeat animam, quæ aptum domicilium ſibi ex alcali formare poſſit.

Acida itaque ſit ſeminalis virtus neceſſe eſt, imò in acido conſiſtere fer-

fermentum vniuerſale rerum, & acida omnia eſſe diaphoretica vlterius demonſtrabo, eſtque illud, quod olim ſanxit Magiſter: *Semina* ſcilicet *abducere materiam, quò volunt*.

Sic ſpiritus nitri guttatim fuſus in alcali Tartari in momento ſibi fabricat aptum domicilium ex eo, fitque Nitrum naturale frigidum, flammam concipiens, & anginæ remedium, quæ ambo alias ſeparata cauſtica erant, vt in auro fulminante oſtendi. *Nitri regeneratio*

Eidem vacuo alcali tartari ſi addideris ſpiritum ſalis, poſt coagulationem fit ſal commune, quod erat, priuſquam per validum ignẽ in ſpiritum proſiliret. *Salis marini regeneratio*

Idem vacuum ſal Tartari ſi combibit acetum ex vino, diſtillatum, fit tartarus vini vulgaris omnes tartari proprietates habens, excepto quod in humido facilius colliqueſcit ex terræ ablatione. Hunc tartarum regeneratum, quem nonnulli vocant inepte ſatis terram foliatam philoſophorum,) per ſolutionem & coagulationem mundificatum ab omni impuritate, per retortam vitream in arena poſitam, valido igne vrge; & elicies oleum, & liquorem ama- *Tartari vini regeneratio*

rum, ſimilem illi, qui ex crudo tartaro elicitur, refert tamen oleũ vini bonitatem, ex quo acetum factum fuit. Incredibile dictu, quod acetum diſtillatum in ſuo ſinu pinguedinem abſconditam habeat, & tamen verum eſt, ſal tartari hanc non habuiſſe conſtat, eſt enim fixum, & per ignem probatum.

Romæ ex libra vna huius regenerati tartari olei drachmas ſex elicui citrini coloris gratique odoris, ſed Venetiis libra vix drachmam dedit, & nigri coloris graueque olentis. Incredibile inquam, quod in aceto diſtillato eluceat non ſolum vini, ſed etiam Regionis qualitas.

Experientia ergo patet, ſpiritum eſſe vehiculum, & domicilium animæ, atque vinculum coniungens animam cum corpore, quod porro de Podagra cap. 6. potentiori argumento mechanicè demonſtrabo.

Ex dictis elucet, nihil iucundius eſſe generoſo Medico, quam ea noſce, & ſub amico ſilentio oculis cernere, manuque tractare, quæ ſenſus communis plane non comprehendit, & à Natura procul poſita ſunt. Non autem vt igna-

ignarum vulgus deblaterat, illos ſc.,qui arte diuina,& antiquiſſima Hippoc.-ſcientia, & veritate delectantur, centrumque rerum cognoſcere ſtudent, Mammonæ inſeruire, atque nil aliud intendere, quam aurum & argentum conficere:dum interim ipſi diu, noctuque continuo motu inquietudine moleſtiis, & rixis agitantur & circumducuntur contradicentes, atque à tergo quæ non intelligunt taxantes, ſe ipſos apud ignarum vulgus extollunt, miſeri lucelli ſpe, atque ſic propriam auri, & argenti auaritiam turpiter oſtendunt, manifeſtant, & publicant.

Concludens dico, quod quicquid oſtendi de acidis ſpiritibus alcali tartari tranſmutantibus in eorum naturam, illud ipſum de omnibus reliquis acidis ſuccis intelligendum eſſe, in acido enim conſiſtit fermenti vis atque propagationis poteſtas, vt in progreſſu patebit; in acido conſiſtit eleuatio atque attenuatio, tam rerum, quam morborum: & per conſequens acidi ope res perficiuntur, & morbi depelluntur. *Ructus acidos nidoroſis ſuperuenientes ſanitatem accelerare*: docet Magiſter. *Aphor.*

Supereſt oſtendere quomodo ipſum Tartari alcali, & quicquid illi copulari poteſt in aquæ elementum per artem reducatur. Miſce ex. gr. oleum vel diſtillatum, vel expreſſum iuſta proportione id eſt ad ſatietatem (vt de ſapone dixi) cum alcali tartari, mixturam diſtilla ex arena per vitream retortam, & redibit medietas olei, altera medietas aqua erit: egreſſum oleũ rurſus miſce cum nouo alcali vt ſupra, & repete diſtillationem, donec totum oleum conuerſum videbis in aquam relicta paucula terra cum tartaro id à pondere aucto cognoſces. Oleum igitur quod alias totum inflammabile hic conuerſum videbis in aquam odoriferam, ſi oleum ex aromatum familia fuit. Hanc aquam rurſus ex alta phiola diſtilla, & elicies aquam ardentem: quæ denuo cum alcali tartari in aquam elementalem reuertitur.

Oleum fit aqua.

Oleum fit aqua ardens

Caput mortuum ſeu remanens ſal tartari in retorta, ferreæ tabulæ impoſui, & in pellucidum liquorem fluebat, quem ex retorta in arenam poſita diſtillaui ad ſiccitatem, & rupto vaſe remanens ſal iterum in aere humido diſſolui ſupra lamina ferrea (quæ quicquam

non

non patitur) quod ſit circiter 40. horis, & nil reſtat in tabula præterquam tantillum limoſæ fæcis: liquorem iteratò diſtillaui acuto igne vt prius, donec nil amplius neque ſtillans, neque fumans exibat, & rurſus idem ſal fracta retorta ſuper ferrea lamina reſolui, haſque operationes duodecies reiteraui, & totum ſal tartari conuerſum fuit in aquæ elementum: à fœcibus in lamina relictis ſingulis vicibus collectis per aquā diſtillatā omnem ſalſedinem extraxi, qua cum eundem proceſſum vt ſupra habui, ita vt totum ſal tartari ſicut acetum, oleum, & aqua ardens in aquam inſipidam, & terram mortuam nullius ſaporis, aut odoris ſunt conuerſa, quæ terra, & aqua paulo antè ſub ſalis formâ erant, & cauſticum referebant. Mirum dictu! quorſum abijt ignea vitalis vis, & cauſtica poteſtas ſalis tartari aceti, olei, & aquæ ardentis? Hæc tamen virtus vel forma in igne conſtans perſiſtebat vſque ad reductionem in elementa. Hanc formam filium Solis vocat Anonimus philoſophus, & in Geneſi legitur *Lumen Corpus aſſumpſiſſe*: quem filium Solis ego hîc pro maiori intelligentia RECTO-

Sal Tartari fit aqua

Memento quod ventus eſt vita mea. Iob. c. 7.

REM

REM voco, tu vero voca vt lubet, ignem, formam, Archeum mihi perinde nunc eſt, nominum enim diuerſitas rem eſſe diuerſam non efficit: omnia ſimilia eſſe concludo cum Hippoc.

Reformator ſi alcalium fixorum notitiam habuiſſet podagricis *oleum Saponis Veneti* non promiſiſſet: nam quicquid olei à ſapone ſtillat, laterino ſimile eſt, & nil de alcali vt podagrico appropriato anodino continet. In Append. fol. 84.

Similiter, & magnifici domini de-cani ridiculaque inepta ſocietas non ſurripuiſſent, de verbo ad verbum prædictum reductionis proceſſum alcali in aquam, hancque pro ſale tartari volatili ſubdole, & fraudulenter mundo per impoſturam, & in medicinæ contumeliã nõ vẽditaſſent, ſi ruſtico ſaltem more alcalium notitiam habuiſſent. Vt ex profeſſo oſtenditur cap. 4. clauis.

Nunc Harpocrates de tartari ſale fixo me ſilere iubet, ne in doctorum virorum curioſas inueſtigationes ſim iniurius, qui multum laboris ſumpſerunt ad huius plenariam cognitionem, quod profecto medium eſt viuificatiuum

mul-

multarum rerum, id notarunt Baſilius, Paracelſus Ripleus Lullius & alii, qui illud veſtibus ſpoliarunt, & pro ſoluente elegerunt; quando quidem obiecta ſua illuminat, & viuificat, eodem ferè modo, vt alcali fixum herbarum ex trahit è calcinato ſilice aliud & ſimile alcali, quod quidem nullo alio ſapore elicere ſit poſſibile, quam ſuo ſimili, illudque multo potentius efficit, & verè in igneam naturam conuertit: ſic à notis ad ignota fieri debet progreſſus vt Ariſtoteles rectè docuit.

Hoc eſt de quo exclamat Ioh: Baptiſta van Helmont de Febrib. cap. 15. § 25. *Diſcite* inquit: *diſſoluens aliquod, quod ſit ſemper idem & nactus eris intimas rerum eſſentias*, quod probat exemplo dum quærit Tract. de verbis herbis, & lapidibus; *lapis oſſifragus, fixus, non calcinabilis, curat os fractum aſſumptum per os, & quare non lithiaſin & podagram*? Reſpondeo viro incomparabili, reformatoris ridiculum ALCAHEST & ſecretum ſoluens nil aliud eſſe quam ACETVM DISTILLATVM App. fol. 72. ex ærugine, & licet rodat oſtiocollam lapidem, rodendo tamen nil acquirit lapis

præ-

præter proprietates aceti, vnde non pergit ad vrinæ loca, ſed in ſtomacho illico præcipitatur, vt paulo poſt ad oculum demonſtrabitur.

Sal Tartari itàque hactenus vilibus veſtibus ſuam ſcenam luſit, cum vero philoſophi manu ſpoliatur, vt compareat in forma nuda, & lucida tunc res, quæ illi committuntur, reducit in eandem, & ſimilem ſui materiam, & quoniam informe vt omne alcali, accipit ideo formam eius, quo cum vnitur (eſt nimirum ſal tartari medium quoddam inter minerale, & vegetabile, ob id facile amborum naturam amplectitur) & ſic pergit &c. Hìc memoriam ſubit, me olim lapillos cancrorum, ſic ſolutos in longa quotidiana febri proponentem mulieri à poculis medicis abhorrenti, interpellatum fuiſſe à timidulo medico canonico tunc præſente, eſſe, ſcilicet id minerale, & periculo plenum. Sed hæc de differentia alcalium fixorum indigitaſſe ſufficit.

Per-

Pergit ad Alcalia Animalium volatilia. Cap. II.

QVemadmodum alcalia fixa acida omnis generis abſorbent, & iuxta acidi naturam in ſalſum vertuntur, vt in præcedentibus oſtendi. Sic etiam alcalia volatilia omnium animalium ex quibuſcumque partibus per retortam nudo igne in magnum vas recipiens gradatim elicita acidi, quod affuderis, ſeminalem proprietatem imitantur. Vt ſi vitrioli ſpiritum affundes, fit illud volatile ſalſum, & vitrioli naturam ſequitur. Si Nitri ſpiritum, fit nitrum eiuſque naturam induit, & ſic de reliquis acidis intelligendum.

Et quemadmodum vrina continet alcali volatile per fermentum putredinis ſic ſudor ſanguis caro, oſſa, cornua, & carnes particularum animalium omnium ex diuerſo fermento, quodlibet iuxta virtutem loco innatam Gebri teſtimonio. *Quid ſit fermentũ paulo poſt oſtendam*

Et ſicut de alcalibus fixis differentiam intrinſecam per mercurium ſublimatum ſolutum, ſic & volatilium eſſe ſuam rempublicam in progreſſu oſtendam.

Om-

Alcalia omnium animaliũ, facie, ſunt ſimilia vanaq; corpora.

Omnium animalium alcali vrinæ, ſanguinis, ſudoris (etiam calculorum omnium animalium) ſerpentum ranarum &c. ☿ ex ſupradicta ſolutione præcipitant candidi coloris, ita vt nullam differentiam hac mechanica cernere licuit: adeoque dicta alcalia non ſunt ſaporis ſalſi, vt ſcriba ſola opinione docere præſumit: Salſa enim vt oſtendi ☿ ex dicta ſolutione non præcipitant. Recipiunt autem dicta alcalia formam iuxta acidi affuſi proprietatem vt dixi, & in progreſſu clarius patebit.

Mumialem autem vel ſpecificam differentiam (quam occultam vocant) notarunt veteres in alcalibus, & inſuper notarunt quòd acidis ſaturantur, & in aliqualem quodammodo conſtantiam firmantur. Obſeruarunt inquam alcali volatile tantum de ſale cireniaco amplecti, & abſorbere, quantam pro ſui conſtantia, & ſaturitate ſufficit pro ſale armoniaco artificiali, ità nimirum alcali vrinæ, & acida pars dicti ſalis, tam ſtrictè ſe ipſa amplexata ſunt, vt per ſe diuortium non patiantur: Sal enim vrinæ in ignis tortura fugam tentans rapit ſecum acidam partem, quam ſorbet, & ſimul ſublimantur

Sal armoniacum artificiale.

in ſal armoniacum vt capite 2. mechanicè oſtendi.

Quod autem ſal commune, cibarium, vel marinum, voca vt lubet, vel cireniacum, ſeu ammoniacum veterum habeat acidam partem extra ignem alcalibus communicabilem, id probat ſequens mechanica.

In ſal marinum reſolutum in aqua, ſtilla liquorem tartari, & paucis ab indè momentis videbis terream partem ſeparatam paulatim fundum petere, & alcali acidam ſalis partem amplecti, fierique nouam ſalis marini regenerationem poſt coagulationem.

Veteres itaque his fundamentis ſuffulti cœperunt ſtratificare viperas cum ſale cireniaco, ſeu armoniaco naturali, quod cap. ſecundo demonſtraui, eo fine vt viperarum alcali combiberet tantum de acido ſale, quantum ſufficeret, ne ſponte in fugam abiret.

Hanc compoſitionem non ſine lęti coniectura ſal theriacale appellarunt, eò quod didicerant viperarum carnes multa venena ſuperare (imò ingenioſo viperino decocto non ſemel Gallicam luem in delicatulis extinxi) conſequenter ratione mumialis fermenti

ean-

eandem facultatem alcali viperinum continere debere. Gebri autoritate.

Hæc veterum contemplatio non tam *infantilis*, *& abſurda*, videtur, vt reformator *fol.* 481. in textu ſcribillat, ipſus ſane abſurdior multo quòd auorum memorandas excogitationes non intellexerit.

Quod vero obijcit *non habuiſſe purificandi artem*! Verùm quidem eſt, non propterea ſunt illis calumniæ ſtruendæ, neque honor detrahendus, multo minus cachinno exponendi: ſic enim iubet. Doctor meus: fortaſſe poſt multa ſæcula deridebitur, & reformator, quod tam abſurda ſuo tempore ſcripſerit, nunquam enim deerit occaſio poſt mille millia annorum noua, & meliora inueniendi, & addiſcendi, eò *quod rerum natura ſacra ſua non ſimul tradat: illius arcana non promiſcuè, nec omnibus patent, reducta, & in interiore ſacrario clauſa: ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ poſt nos ſubibit, accipiet*. Audi Hippocratem meum multo modeſtius de hac re loquentem *lib.* 1. *diæt.* *immerito vllus ipſorum reprehendatur*, inquit: *propterea quod inuenire non po-*

Seneca lib. 7. qu. natur. c. 31

po-

poterat; imo laudandi potius omnes, quod inueſtigare conati ſunt.

His intellectis videamus nunc qualem prærogatiuam, & præcellentiam habeat ſal viperinum reformatoris præ veterum inuentis, nam quod illi præpararunt facili operatione, hic magno ſumptu, operoſo labore, pompoſa, & ſolenni oſtentatione ac triumpho.

D'ſtillato viperino alcali ex retorta ſub titulo proprio *fol.* 486. *Pharm.* affundit ſpiritum ſalis acidum ad ſatietatem, compoſitum ex acido, & alcali fit ſalſum, quod lege artis in vitreo vaſe coagulat in ſal marinum, ex quo ſpiritus prolectus erat. Iſtud ſal commune ſeu marinum igne arenæ ſi preſſeris, eleuatur in ſal armoniacum artificiale, omnes eius proprietates habens, quod probat ſequens mechanica. *Sal viperinũ reformatoris, eſt ſal commune.*

Commiſce puluerem ſalis tartari (id eſt alcali tartari fixum) cum æquali parte ſalis viperini Reformatoris, hanc mixturam diſtilla per retortam ex arena, & videbis ſtatim alcali ex viperis per collum aſcendere, quia fixum alcali tartari apprehendit ſalem acidum, & alcali ab acido liberatum caloris impatiens in fugam abit, quod in recipien- *Alcali viperinũ purum.*

cipiente & collo retortæ purum,& ſplendidum inuenies.

Fac idem cum ſale armoniaco vulgari, miſce nimirum cum æquali parte alcali fixi tartari, ſtilla vt dixi,& nullam differentiam deprehendes.

Adeoque quod veteres cum ſalis corpore, & ſubſtantia, illud ipſum reformator cum ſalis ſpiritu maiore cum labore expenſis, & ſumptu perficit: & ſi veterum ſal viperinum erat inutile vt ſcribillat, reformatoris eandem habet prærogatiuam, ac inutile pariter erit.

Alcali vrinæ purũ

Cum vero iſtud Alcali ex ſale armoniaco vulgari, & alcali tartari commixtis vt dixi, fuerit eleuatum,tunc habebis ſpiritum ſeu alcali vrinæ purum,& ſiccum,quem ſcriba ineptiſſimè *ſpiritum ſalis armoniaci ſalſum*. Sicut & eadem ſtupiditate illud acetum, quod ex farina cum ſale armoniaco commixta ex retorta diſtillat, *ſpiritum ſalis armoniaci acidum* appellat *in appendice ad animaduerſ. fol.* 73.*&* 74. Additque hanc ſeſquipedalem craſſitiem: *hi ambo ſpiritus ex ſale armoniaco acidus & ſalſus* (& tamen ambo ne guttam quidem de ſale armoniaco conti-

nent)

nent) *ex vno ſubiecto licet producti ; ſibi inuicem tamen contrarij ſint, ac ſimul iuncti, ſeſe mutuo deſtruunt : propterea pharmacopæi ſalſa, & acida diſtinguere ſciant.*

Sed reformator pharmacopæos admodum ruſticè de ſaporibus informat , imò docere alios præſumit, quod ipſe ignorat. Inter alia autem, & infinita mihi teſtis eſt aqua Mindereri ad auditum. *Aqua ad auditum.*

Hæc aqua pro fundamento habet vrinam, & acetum: hanc mixtionem non ſolum reprobat ſcriba, quatenus ruſtico modo credit, ſine vlteriore inquiſitione *ſalſum, & acidum , inter ſe planè deſtrui*: ignorans quod deſtructio vnius ſit generatio alterius, ſic opiniones ſuas, vt ſimia catulos ſuos amplectitur, ſed inſuper conuitijs, opprobrijs, & calumnijs aſpergit virum optimum, qui experientiam candide, & ſine fuco publico bono communicauit.

His non obſtantibus more ſuo *in appendice fo'.336.* ſic ſcribillat: *præter plurima abſurda video acetum & vrinam affundi, quæ inuicem planè contraria ſunt : nam vrina animalis diſtillata præbet ſpiritum ſalinum acrem, acetoſorum ſpirituum omnium deſtructorem.*

rem. Hæc ille.

Hactenus autem demonſtrauimus, vrinæ ſal volatile nullo modo eſſe ſalſum, ſed alcalizatum, & ob id acido commiſtum fieri ex his duobus ſaporem ſalſum : ex commiſtione igitur alcali volatilis vrinæ, & aceti diſtillati itidem volatilis, quæ ambo nunquam concreſcunt, neque coagulantur, fit diſtillabilis, ſalſus, & penetrantiſſimus liquor, vt dubitem an in natura ſit aliquid ſubtilius (à ſimplici commiſtione) in antiqua oppilatione. ea de cauſa Mindererus ingenioſiſſimus recte, & ſincero iudicio hunc in obauditione & auditus difficultate laudat, & proponit, eò quod ſalſus ſit ſudor, & volatilis naturali ordine, & inſtinctu, vt euolando ſecum raperet excrementa à ſanguine degenerato hinc inde detenta ſub humorum vocabulo : non ſecus quam ſal armoniacum (quod ſalſum oſtendi, & volatile) cuicunque rei copulari poteſt, & ſublimando ſecum rapit, vt probabitur. Propter ſymbolum: ergo hæc diſtillata ſalſa & volatilis aqua membranam tympani peruadit imò lubenter admittitur. Salſum dixi, hunc ſpiritum & experientia demonſtrabitur, Mercu-

Sine laſione, & dolore corneam tunicam peruadit, & mapulus albos in pupilla à variolis ibidem relictas niſi inueteratas diſſoluit.

rium

rium enim ex ſæpius nominata ſolutione non præcipitat, ſicut & reliqua ſalſa, quæ iuxta Galeni ſententiam incidunt, attenuant, diſcutiunt excrementa, ſiccant, virtutem colligunt, & roborant, & id in rudi ſalis mole, quid ni ſpiritus hìc ſubtiliſſimus ſalſus?

In ſcius quæ non capit carpit

Iudicent nunc periti, non ne indigne perſtringitur hìc ab impoſtorum turba Mindererus ille doctiſſimus, qui experimentum candide, & ſine fuco poſteritati non ſine graui fundamento reliquit? Scriba Hippocratem male intellexit. *Medicum* inquit *præceptio: libello ratione vtentem alterum nunquam inuidioſè calumniaturum ſic enim animi impotentiam prodet.*

Nunc redeo vnde calamum declinauerat aqua Mindereri, nimirum ad fecem, ex qua ſal viperinum reformatoris fuit diſtillatum, quam caput mortuum dicunt (ſed indigne) præſertim illud à ſale armoniaco vulgari, è quo ſpiritus vrinæ prolectus eſt: iſtud caput mortuum ex acido & alcali eſt compoſitum, eritque ſine dubio ſalſi ſaporis, ſicut ſal viperinum reformatoris, vt & vulgare ſal armoniacum, vt ſæpius dictum, &

oſtenſum eſt.

Diſſolue dictum caput mortuum in ſufficienti quantitate aquæ communis, fac vt feces fundum petant, clarum liquorem leui calore coagula ad ſiccitatem in ſal album: Hoc ſal cum bolo cõmuni commiſce quadrupla proportione in ſubtiliſſimum puluerem, quem ex retorta vitrea luto obducta nudo igne vrge in magnum vas recipiens in ſpiritum acido ſalſum, qui cum ſit generationis artificialis, mercurium ex ſupradicta ſolutione non præcipitat: quare medicinis per ſe, vt & mineralibus quibuſdam deſtruendis non inutilis: peracta autem hac vnica operatione, pars tartari in aquæ elementum redit, & ſalis armoniaci aciditas ſibi nouum corpus reinduit ex eadem ſalis tartari parte, quæ rurſus ſublimari, & ſeparari poteſt vt in ſui principio.

Sp. ſalis armoniaci reaſumit corpus in tartaro.

Quærit curioſulus, quare hoc loco elicitur ſpiritus ex alcali tartari fixo iuncto cum acido, & ſupra itidem ex alcali ſilicum fixo iuncto cum acido ſalis ſpiritu non ſuccedit? cui reſpondeo alcali tartari per vehementem ignem plane in nihilum abire, vt alibi oſtendi, ea de cauſa facile cum ſocio in

ſpi-

ſpiritum rapi: Sed ſilicum alcali quia conſtans in igne, potius cum adiuncto in vitrum verti.

Alcali volatile quomodo ab animali & eorum partibus ſeparetur. Cap. 12.

Sudorem voco aut inſenſibiliter tranſpiratẽ aut ablutum, hic perinde eſt, vnde dicitur quod non facit ſudor praſtat id tenuis vdor

DIxi in examine aquæ Mindereri ſudorem à naturali protochimico, ſalſum fieri, ſicut etiam omnia alia compoſita ex acido & alcali conſtare, ipſa vrina non excepta: probatur hac mechanica.

Accipe lixiuium iſtud, in quo ſordida induſia fuerint ſolummodo macerata, & abluta (non coctum, neque calefactum) hoc lixiuium inde phiolæ longi & ſtricti colli & æqualis, appone alembicum negligenter ſaltem, & in digeſtionis calore loca, & videbis aſcendere alcali ſudoris odore, & ſapore ſimile illi, quod ex vrina non putrefacta ſublimatur.

Alcali ſudoris

Hoc alcali non ſeparatur à ſudore, quem ſalſum oſtendi, niſi eius ſapor diuidatur, qui conſtat ex acido & alcali ambobus volatilibus, ſicut in aqua Mindereri non ſolum, ſed vbique oſtendi. Lixiuium igitur fixum eſt alcali & liquidum, quod ſicut à proprietate

vacuum eſt, & acida ſorbet, ſic & hic acidam ſudoris partem, & ideo alcali fugax ab acido diuiſum altum petit, & frigidum locum.

Sudor ſalſus & pinguis.

Sudorem ſalſum, volatilem & pinguem, & propterea penetrantem & reſoluentem obſeruaui iter faciens currilibus equis (quos poſtam vocant) & licet crura defendi ocreis ex ſelectiſſimo corio conſutis, & cera perunctis, neque pluuiam, neque aquam admittentibus, equorum tamen ſudor vaporis modo exhalans eas penetrauerat, ita etiam eueniſſe notaui magnæ conditionis comitibus. Ad euitandum autem huiuſmodi incommodum, vnguentum excogitaui inſtar vernicis, quod alias aquis fortibus reſiſtit: tunc in ſecundo itinere minus quidem incommodi primis diebus ſenſi: ſubſequentibus verò ſudor non ſolum vernicem penetrauerat, ſed quam partem vapor tetigerat, plane diſſolucrat Hinc didici ſudorem ob id à natura ſalſum eſſe debere, vt reſolueret ſordes in viuentibus hinc inde coagulum ſuſcipientes.

Vernix

Ne autem quid omittatur in gratiam viatorum, & iter facientium, priuſquam progrediar, deſcribam ſupra nominatam vernicem,

quæ

quæ ſic paratur.

Oleum lini coquitur in cupreo vaſe donec ex libra 12. vnciarũ remaneant circiter 5. vnciæ. Recipe huius partem vnam & duas partes lixiui; ordinarij non fortis, miſce & ad ignem calefac, ſic linimen acquirit lactis formam, quo adhuc fumante & calido cum penicillo ocreæ 3. vel ad ſummum quater obliniri debent. Facile admodum eſt, ſed iter facientibus nihil commodius.

Quomodo autem omnium animalium ſudor, & quicquid inſẽſibiliter exhalat & expirat, imò id ex quo animal conſtat ſalſedinem acquirat, non nihil dilucidius explanabo ſolius ſalis viperini gratia. Huius inuentorem me eſſe profiteor, vt vt crepent ilia momo: Et licet propter paruum lucellum in hoc theatro multi homines imperiti, homines naturæ inſtrumentorum & Hippocraticæ ſcientiæ rudes, ignauique conſederint, qui non ſine nominis mei detrimento, neſciò quid improuidis & inexpertis obtruderint, ſciant tamen lectores me ante Clauis (vbi integer habetur proceſſus) publicationem, nulli mortalium clarò ſermone expoſuiſſe: in cuius confirmatio-

 nem

nem addam ſequentem amicam Epiſtolam.

Naturæ & artis Hermeticæ ſtudioſiſſimo

Otteni Tachenio Marcus Aurelius Seuerinus rem benè agere.

Epiſtola QVam beneuolentiæ tuæ ante hac habui fiduciam, eam mihi preſentem re ipſa comperi. Quapropter & ſalis tui viperini deſiderio meo vix ſignificato, continuo ſatisfeciſti: de quo, quam plurimas, humanitati tuæ gratias ago. O vtinam, ſi liberet forte fortuna vadoſam Hadriam cum florentiſſima Parthenope commutare, non equidem ab re & emolumento tuo putarim. Accedit quod lectiſſima Matrona, quam caligantem Neapoli viſitaſti, ab ea te die ſemper auit ab inſtituta tua peregrinatione præreptum. Quoniam verò vipereum mihi donum tradidiſti, & vipereum ipſe reddam: volumen inquam, de viperæ natura, veneno, medicina Patauinis à me formis editum, quod à magnifico Typorum magiſtro Paulo Frambotto, meis his oſtenſis

ſis literis quæſibis meo nomine. Impertiet autem liberius, ſi quidem obſeruationes multæ frugis, quam ex vſu viperino feceris diu, communicaturus, te receperis, correctori clariſſimo Ioanni Rhodio amico meo ſpectatiſſimo, qui ſi res ferat, addere valebit operis calci. Vtinam autem & aliquam præparationem ſalis viperei deſcriptionem coagmentare de tuo poſſis. Salis ego volatilis apparatum, ex Ioanne Vepfero poſui, quam quantum ipſe probes, indicato, & me cæterum vehementius deinceps amato, qui te non obſcure colo, ac Neapoli, ſi quid aliud exopto, ſed quam, aut quando eius mihi fælicitatis ſpem exhibes? neque enim hæc tua foret infructuoſa ſeges. Optime vale: Neapoli idibus Maij Anno 1650.

Saluere te iubet illuſtriſſima Matrona, Capicij Regentis vxor, cui viperinum ad iumentum obtuliſti.

Sed ad quid Doctorum virorum teſtimonia adduco? Scriptum præſens ſatis denotat eiuſmodi ſal cum omnibus requiſitis eius ne quidem per ſomnium ante me reformatori in mentem veniſſe, poſſem proprijs eius literis ad me

datis oſtendere, niſi honori eius parcerem, & niſi alia quam hactenus naturæ & artis fundamenta produxerit ad huius ſalis cognitionem nunquam perueniet: Et non ſolum ille, ſed ne quidem alij quicquid inſolenter, ambitioſe, glorioſo & vano ſermone iactitent.

Alcali ſanguinis volatile purum mercuriũ præcipitat candidum

Digreſſus eram ab alcali ſeparatione. Dictis itaque adiungendum quod ſicut vtina & ſudor, ſic & ſanguis cum adhuc calet poteſt lixiuio commiſceri, & inde ſublimari alcali. Cum vero idem ſanguis abſque lixiuio exſiccatus igne valido ex retorta diſtillatur, tunc in capite mortuo relinquit multum ſalis aliquantulum fixi. Volatile alcali præcipitat mercurium ex ſæpius nominata ſolutione in album puluerem: ſal vero minime. Hinc liquet, niſi per lixiuiale & fixum alcali acidum ex ſanguine combibatur; alcali volatile ſanguinis propriam aciditatem quoque volatilem arripit, & in ignis regimine fixantur in ſalſum, vt hæc mechanica demonſtrat.

Ne autem noua veritas nouum mihi odium pariat, operæ prætium eſſe puto, priuſquam progrediar, etiam oſtendere huius ſalis fundamenta Hippocratem non latuiſſe:

is

is enim in aureis iſtis libellis de diæta dicit.

Conſtituuntur quidem tum animantia alia omnia tum homo ipſe ex duobus differentibus quidem facultate concordibus vero & commodis uſu IGNE & AQVA. Hæc ambo ſufficientia ſunt, tum alijs omnibus, tum mutuo ſibi ipſis, vtrumque vero ſeorſim neque ſibi ipſi, neque vlli alteri ſufficiens eſt. Hæc ille.

Cum ego me reduxi ad principia naturalia cognoui tunc artem eſſe veram ait Auicenna

Has duas facultates IGNEM & AQVAM adduxit Philoſophus & doctor meus in quorum ſinu omnia illa continentur, quæcunque neceſſaria ſint ad generationem & tranſmutationem abſoluendam.

Subdit autem paulo poſt, IGNEN hunc non eſſe culinarium ſed ex multo nobiliore familia: dum ſic loquitur: *Homo frumentum tundit, lauat, molit, & vbi igne coxit, vtitur & forti quidem IGNE in corpore non conflatur; verum MOLLI ac LENTO.* Quis autem ſit mollis ighis in rebus omnibus in progreſſu apparebit, vide etiam cap. 9. Clauis.

Quæ nullus explanare tentauit ea qualia ſint demonſtrabo. Hip.

Acidum occultum fit manifeſtum.

Cap. 13.

Acidum Hippocr. vocat ignẽ & ſibi ſoli non ſufficit: hinc appetitus alimentalium, quæ alcalia sũt vt apparebit.

SAno in ventriculo habitat acidum volatile nunquam deficiens, cuius benefitio alimenta, quæ omnia nullo excepto alcali volatili ſunt referta (vt paulo poſt oſtendam) in chilum vel ſuccum primo aceſcentem & paulatim in ſalſum id eſt maturum vertuntur, & tranſmutantur: Hoc acidum habeatne ventriculus ex ſe, aut aliunde, non eſt huius loci, alibi tamen ſatis lucidè indigitabo: hoc loco ſatis eſt, vt aciditatem ad oculum demonſtrem, primo autoritate & deinde experientia.

Hippocrates inquit: *6. Ap. 1. in longis leuitatibus inteſtinorum ſi ructus acidi ſuperueniant, qui prius non erant, bonum*: Quià nimirum redijt ſtomacho aciditas, qua cibus in chilum vel ſuccum vitalem tranſmutatur, tunc neceſſario redit etiam ſanitas. Hinc ſalſaturæ omnes atque ciborum condimenta ad acuendum appetitum acida ſunt, vt ſuccus citri, granati, auranti), omphacii, tartarus, pampina vitis & ſimilia, quæ tamen

men omnia inter ſe magnam habent differentiam, de quibus nunc diſſerere ad euitandam prolixitatem ſuperſedeo. Videatur tamen cap. 10.

Huius acidi amiſſi reſtituendi gratia in morbis, inſtituerunt veteres ſyrupos acidos, oxiſaccara, acetum aqua mixtum, & ſimilia, quorum beneficio ſtomachus reficeretur, ne alimentum vtvt parcè aſſumptum ſimplici tepore putreſceret, quod tamen à paucis animaduertitur, præſertim qui putrefactionem & chilificationem idem eſſe ſibi perſuadent. Nunc memoriæ occurrit quidam ex noua ſecta, qui non infimus ſibi videbatur febricitanti acida valde appetenti, ſub pœna mortis ſuccum limonũ, vt crudum, prohibuit, cui præſcripſit ſyrupum acetoſum ſimplicem: mirabar quod acetum cum ſaccaro coctum pro alterante conceſſerat, ſuccum vero limonum, quem appetebat, non: qui reſpondit eleuata voce: quod iuleb acetoſus ex aqua & ſaccaro conficeretur. De quo Medico loquitur meus Hippocrates lib. 1. de diæta: *Si conſtitutionem ab initio non cognoſcet, & id quod in corpore dominatur, non poterit ea, quæ homi-*

ni conducunt, offerre. Redit autem ſtomacho acidum à longo morbo preſſo, aut ſponte, aut ingenioſi Medici arte.

Atrophia Sic vidimus Atrophiam vniuerſalem in quadragenario viro cum deiecta appetentia ſanari ſolo tartaro crudo, quem ſumpſit ſingulo mane, reliqua acida odio habebat, argumento ex alcali proueniſſe.

Item per plures menſes decumbentem fæminam vidi cum proſtrato appetitu & cibi nauſea, quæ inter infinita acida ſuccum aurantiorum deſiderabat, ſed quia illi à curante & aſſiſtentibus denegatus fuit, præ timore ab eo abſtinuit, tandem licentiam adepta quotidie diuerſa comedens, paucis diebus ſana euaſit. Horum exempla in praxi plurima occurrunt. Memini me viſitaſſe nobilem feminam febricitantem, quæ acida omnia fugiebat, piper ſaltem flagitans, cuius ori ventriculi applicari iuſſi cataplaſma ex piperis puluere & melle compoſitum optatiſſimo ſucceſſu.

Acidum ſtomachi demonſtratur Vt autem ab experientia dictum acidum cognoſcamus: bibat ſanus quiſpiam ieiune lactis hauſtum, & ilico iſtud reuomat, tunc acidum non ſolum lingua percipiet, ſed in-

inſuper videbit lac in reditu ſemicaſeatum, quaſi acetum illi inſperſum fuiſſet (ſimile ferè acidum reperitur in natura, quod in vitro omne alimentum iniectum 4. vel 5. horarum ſpatio admoto ſimplici debitoque calore in lacteum chilum ex acido ſalſum tranſmutat iucundo ſpectaculo, quod ad oculum demonſtrare poſſum) huius obſcuri gratiſſimi tamen acidi ope coercetur viperinum alcali ad ſuos fines.

Principia naturalia qui ignorat non habet ſcientiam veram ſuper quam intentionē ſuam fundat, Geb.

Sed nullus ſapor coagulat lac niſi acidus, qui in triplici eſt genere.

Primo in ventriculo ſano omnium animalium viuentium latet aciditas, quæ tamen non ſolum ſimpliciter coagulat, ſed in ipſa coagulatione imprimit ſpecificam vitalem vim ipſius animalis, quæ quamuis in acido conſiſtat, differt tamen à quouis acido, cum alibi, in vniuerſo mundo ſimilis non reperiatur, continetque in ſe quicquid indiuidui animal habet & in futurum quamdiu viuet, habebit: cum hoc acido inquam chilificatur lac, & in alimentum recipitur: in cane nimirum induit canis naturam &c hæc tamen Hippocratica doctrina cum non ſit huius loci,

Res admiranda.

ci,

ci, indigitaſſe ſufficit, alibi enim mechanicè oſtendi acidum ſpiritum vbique eſſe vehiculum, & vinculum animæ, cuius benefitio corpori alligatur atque coniungitur.

Secundo in ſtomacho animalium ægrotorum aceſcit quidem lac, ſed non imprimitur vitalis caracter, quia impeditur à morbo, propterea aciditas fit putrefactiua, quæ non nutrit, ſed malum auget: Hac ratione Hippocrates meus 5. Aphor. 6. lactis vſum prohibet.

Tertio coagulatur lac tum manifeſtis, tum omnibus acidis vel *ex minerali claſſe* vt ſunt fontes aciduli, vitriolum in ſubſtantia, ſpiritus vitrioli, ſulphuris, ſalis, nitri: Vel coagulatur in animalium parte vnica & ſola, *Ventriculo* inquam omnium, & nulla alia in parte, manifeſto argumento, quod perceptibile acidū in reliquis animalium partibus non admittitur, & ſi caſu irrepſerit, fit ſtatim morboſum & exitiale. Sanis itaque ſolis ventriculis inhabitat acidum, quod quia lac generaliter coagulat à Dioſcoride *Coagulum* & à vulgo in Italia *Conaglio* appellatur. Imò omnium auium ventriculi habent dictum acidum ita abun-

Coagulum quid

abundans, & ita potens, vt niſi frequenter arenulas vel laterum fragmenta comedant, quibus illud refrænent, ſuperabundans acidum elabens ex illorum ſtomacho, reliquas digeſtiones turbat: vnde Atrophiam patiuntur, & nunquam pingueſcunt. Vel coagulatur *vegetabilium ſuccis* vt limonum, aurantiorum, berberum, aceto, & quibuſcumq; acidum ſpirantibus.

Lac etiam ſponte aceſcit (ſicut reliqui ſucci tam vegetabilium quam animalium cum in putrefactionem tendunt, imò nil putrere neque generari poteſt noui, niſi præcedat aciditas) & tunc etiam coagulatur, ſerumque ſeparatur, quod occultum gerit alcali volatile, cuius ratione refrigerat, aluumque ſubducit, diſtillatum vero nil horum, ſed opinione potius quam ratione propinatur: & non ſecus ſe habet quam ſuccus roſarum expreſsus, qui aluum ſoluit, aqua vero diſtillata non: quia plurimis odore grata, & intima conſolatur, ideo inter cordialia enumeratur. *Acidum & alcal in lacte.*

Ambæ hæ facultates in lacte ſano & integro latent occultæ, ideoque occultum etiam ſalſum in lacte conficiunt, & eſt cauſa qua ſal

Salſa lac non contin ant. cuiuſcunque ſit generis aut naturale, aut artificiale, lacti noxiam non adfert: imo ipſe mercurius ſublimatus compoſitus ex acidis mineralibus ſupra dictis, vitriolo nimirum nitro & ſale; quorum acidum ab argento viuo vt alcali abſorptum in excellens ſal ſum mutatur, lacti nullum damnum infert. Hinc patet, ſalſa quidem attenuare mucilaginoſa compoſita, acida vero licet occulta diſſolvere res, & vbique tam in macro quam microcoſmo per fermentationis actum in neutra tranſire.

Calculum reſoluit, & componit.

Cap. 14.

DIxi præcedente capitulo, perceptibile, vel manifeſtè acidum extra ſtomachum eſſe morboſum, hancque aſſertionem *calculi analyſis* calculi compoſitio docet, quem pro maiore lumine mechanice reſolnam & iterum componam.

Accipe calculum veſica exciſum vel ſponte renibus elapſum drachmæ vnius vel alterius pondere, perinde eſt, hunc inde vitreæ retortæ nouæ ac mundæ (calculus non ſit in puluerem contritus, ſed

ea

ea magnitudine, vt in retortæ collo non hæreat) retortam in arena locato, cui appone receptaculum mundum ac nouum, vrge moderato igne, ſic primo extillabit alcali ſimile alcali vrinæ, nullius tamen odoris, & paulo poſt ſublimatur ſiccior pars, quæ retortæ collo adhærebit, ambos ſpiritus liquidum, ſcil. & ſolidum miſce, ac diligenter vaſculo vitreo cera obturato ſerua, alias in aperto in auras fugax abiret, de quo Hippoc. de diæt. *ſeorſim neque ſibi, neque vlli alteri ſufficiens eſt.*

In frigefacta retorta reperies calculi fruſtula eadem forma, qua poſita fuerint, adeò tamen leuia ſpongioſa & friabilia, vt ſi digito leuiter ſaltem tetigeris in puluerem concidant, ſicut cadauera in ſubterranea Roma: Quibus fruſtulis integris ſi rurſus affuderis abſtractum & reſeruatum alcali, corpus priſtinum non aſſumunt, eò quod proprium acidum coagulatorem inuiſibilem, quem alibi RECTOREM vocaui, amiſerint, vt in ſalis tartari examine mechanicè etiam demonſtraui: at humecta ſpongioſam materiam in retorta reſtitantem cum ſpiritu vitrioli rectificato & omni aqueo hu-

humido priuo, ſtatimque alcali affunde, ſic eodem momento illicò coagulatur calculus ſimilis illi, quem in examen traxiſti, non quod ſpiritus vitrioli ſit calculi faber, ſed quod ſine acido calculos non coagulari, oſtendere volui viſibili argumento, niſi alcali, inquam, in dicto cadauere reperiat acidum ſpecificum, quod illud liget, aut vinciat, ſimul concordent ait magiſter, calculus coagulari nequit, ſolum enim non perſiſtit, ſed iuxta eius naturam in auras auolat: *ſeorſim enim neque ſibi, neque vlli alteri ſufficere* docuit Magiſter.

Hinc diſcitur, quod calculus non coagulatur, neque in veſica, neque in renibus, niſi ab vrinæ alcali, aut alcali loci, & particulari acido indebite, inpertinenter, aut per errorem ibidem degenerante, & ſe ſe immiſcente, ideo neceſſario in maſſam coeunt, & coagulantur, vt vbique in amborum coniunctione oſtenſum eſt, & quicquid non procul recedens ab eorum natura, illud apprehendunt atque ſecum coagulant, vt de calce ſoluta & coagulata ſupra dixi, & experientia firmat: hinc calculi ruffi coagulati ſunt vna cum pau-

culo

culo ſanguine ibidem ex ęroſa vena ab acido loci defluente, ſuntque ideo friabiliores, alij candidiores, eo quod mucilaginem aſſociatam habeant, & propterea duriores. Hoc eſt quod admiratur ſenex & peritiſſimus chimiſta Hippocrates lib. 1. de diæta. *Hæc ita fiunt per diuinam neceſſitatem, neſciunt tamen quid faciunt: vnumquodque fatum deſtinatam explet.* Id ſonat ambos dictos ſpiritus aut facultates in quocunque loco coniunctas neceſſario concreſcere, & coagulari, at ſeiunctas in natura nihil efficere, cum perſiſtere nequeant *ideo neque ſibi, neque alijs ſufficientes eſſe.* Acidum itàque manifeſtum extra ſtomachum in quocunque loco extiterit, morboſum & naturæ humanæ odioſum eſt.

Hæc doctrina Senis eſt veriſſima, quotidie enim in praxi obſeruantur calculi in omnibus corporis vacuitatibus concreſcere, quocunque acidum per errorem cum alcali concurrerit, vt in pulmonibus, in iecore, vena porta, vreteribus, inteſtino colo, in bilis quoque veſicula: contra acutiſſimum Galenum, qui docet: *lapidem in veſica & renibus duntaxat à calore naſci,*

naſci, lib. 1. de locis affectis. Calculus itaque omnium animalium (de quo hic ſermo) non habet in ſua compoſitione niſi acidum coagulatorem & alcali ambo volatilia, vt & ſanguinem aut mucilaginem. Cum vero in veſica fellea coagulatur, apprehendit loci ſuccum ibidem repertum, & amareſcit, eſtque illud, quod voluit *magiſter lib. 1. de diæta Accedentibus illis huc, his vero illuc, & inter ſe permixtis*. &c.

Hiſtricis lapis

Hinc erudimur quantum valere poſſit in morbis periculoſis aqua lapidi porcino affuſa in felle hiſtricis inuento? quem tamen ſummis laudibus extollunt medicinæ inſtrumenta ignorantes, mirum autem quod hunc lapidem vt igneum non timeant, cum à felle amareſcat, quod hactenus non animaduerterunt. Sed huius lapidis ablutio ſi quicquam prodeſſet, profecto vnica fellis guttula cuiuſcumque viliſſimi piſciculi multò præſtantior eſſet, quam 20. lapillorum ablutiones, eò quod piſcis ſicut de Hiſtrice dicitur, nunquam ægrotat. Suſurrantes audio, ſi lapis præter amarorem alias vires non obtinet, quare hunc ægrotis oblatum probo? Reſpondeo cum

ma-

magiſtro, cum nimirum in acutis non ſit certa prædictio, ideo ſi ab alijs ſuggeſtum ratione, experientia,& autoritate reijcerem, & æger moreretur, viliorem me medicum terrâm nunquam, & nuſquam eſſe paſſuram.

Ex coagulatione itaque calculi nunc elucet quid lithontribon, cantharides,ſanguis leporis,vulpis, & ſimilia in lithiaſi profecerint hactenus?

Propterea rectè ſentit Paracelſus calculum (& nodoſã podagrã) inſtar tartari coagulari binis facultatibus iuxta Hippocratis doctrinam ACIDO nimirum & ALCALI, ſecumque coagulare feces quaſdam ibidem caſu repertas: *Et Galenus lib. 7. Method.* contra ſe ſuoſque teſtatur, *cognita cauſa facilè eſſe remedium inuenire*: Sed quicquid lapidum cancrorum, iudaici, ſilicum, ciprinorum, percarum & ſimilium puluere tenus, vel aceto ſaltem aut imaginario veneris ſpiritu ſolutorum ad calculum per os ſumitur, combibit quidem coaguli antecedentem cauſam id eſt acidum errans,quod oſtendi, coagulatum autem calculum non minuit.

Sic etiam ſalſa, pro acida parte

ſui

ſui impediunt quidem calculi concretionem, quatenus alcali vrinæ abſumunt & abſorbent, ita vt errans acidum in corpore non inueniat alcali, quo cum ſe con-ſtringere & coagulare poſſit, ipſum tamen concretum calculum ſalſa non diſſoluunt.

Nihil naturalius eſſe docent ſapientes, quam ſolui rem aliquam per id, à quo ſuum habet componi.

Quod autem ſal commune ſeu marinum vrinæ alcali & reliqua alcalia animalium in ſe combibat & abſorbeat, ſupra in ſalis armoniaci præparatione oſtendi, & nunc alia mechanica demonſtrabo.

Notum eſt, quod carnes quorumcunque ſint animalium conſeruantur ad tempus communi ſale: paucis abinde diebus in liquorem ſalſum ſanguineum defluente hunc liquorem coque & deſpuma, huius libram circiter inde retortæ vitreæ & blando igne omne humidum euoca, vltimo obrue retortam arena; & ignem auge, tunc eleuabitur in retortæ collum alcali carnis volatile, vrinæ alcali admodum ſimile, quod ſal commune rationæ ſuæ aciditatis ex carne attraxit & abſorpſit, ſola maceratione paucorum dierum. Eodem modo ſal, quod in cibis comedimus, quotidie abſumere & com-

combibere ſuperfluum alcali in cauitatibus ſeu ventriculis (vt ait Hippoc.) hinc inde collectis tranſpirationi ineptum, neceſſe eſt, & ratio ſuadet; imo & experientia rerum magiſtra id confirmat: ex vrina enim facili methodo ſublimatur alcali, & ſal maris ſicuti comeſtũ manet in fundo eadem via, vt iam de ſalſo carnis liquore oſtendi, qui per coagulationem & ſolutionem in purum ſal marinum reduci poteſt, vt nõ fine ratione ab Helmonte ſalium ſummum apelletur, quia nunquam tranſmutatur, ſed vbique conſtans permanet. Vnde colligere licet, quod ſal mortalibus datum ſit tanquam neceſſarium ſanitatis & vitæ ſuſtentaculum: quare Baſilius hoc ſal neceſſarium aroma vocauit. *Salis dignitas*

Ex dictis & oſtenſis nunc liquet mechanica neceſſitate, quod acidum naturale & digeſtionibus præſidens in ſolo habitat primario ſtomacho ſcil. in reliquis autem viſceribus per errorem aut lapſum aut ibidem degeneratum continuo morboſum fieri, vnde magiſter de medicinis purgantibus: Acidos cibos ſi quis citra delectum ac inconſideratè exhibeat, nihil commodi perficiet.

Cal-

Calculus ergò non diſſoluitur niſi medio ſapore inter acidum & alcali, eo quod is ſapor mutatur in vrinam integris viribus, intimis gratus, vt dictum eſt, debetque eſſe ſubtilis, adeo vt libere cuncta peruadat. Hanc ſoluendi methodum voca à contrario, vel a ſimili non errabis, *per ſimilia enim morbus oritur & per ſimilia oblata ex morbis ſanatur*, *ſanxiuit olim Hippocrates de locis in Homine*. Alcali enim ſi trahit acidum, ſeu acidum ſi deſtruit alcali à ſimili & contrario eiuſmodi actio perpetuò procedit: Ecquis alius cuius vis ſectæ quam Hippocrat. hunc nodum nobis diſſolueret? Hippocratem itaque in medicina directorem, & in reliquo vitæ curſu egregium præceptorem non ſine cauſa commendat nobis Galenus ad Glauconem.

Magnetica vi id contingit

Alibi oſtendi, Aurum, Antimonium &c. quia pinguia & ſulphurea ab acidis non diſſolui ſed ſolummodo à ſalſis: Sic etiam in calculum quia coagulatum cum fecibus, quæ pingues atque ſulphureæ ſunt, ob id acida vulgaria agere nequeunt. At ſpiritus ſalis marini vltimo reuerberij igne expulſus qui neque pure acidus ſed

ſalſus

ſalſus quodammodo exiſtit, hic, inquam, non ſolum aurum, & antimonium, ſed etiam calculum in vitro diſſoluit; quod nullus alius diſtillatus ſpiritus, quod ſciam efficit. At calculoſi, vt plurimum incurij negligunt in principio remedia, donec calculus organa continuo motu eroſerit, & inflammarit, ideo impoſſibile eſt, dictum ſalis ſpiritum illis propinare, qui cum ſalſus ſit, organa eroſa pertranſeundo vrinam ſolito mordaciorem facit, quare in hoc ſtatu nil niſi inſipida alcalia, quæ acida loci refrænare poſſint, adhibenda, vt lapidum ſupra nominatorum pulueres, atque ſtrutionum ouorum cortices, mucilaginoſa & oleoſa omnia, quæ ſubindè cum cicerum decocto ſunt propinanda, inter omnia tamen nil promptius quam nymfeæ ſemen deprehendi, quod non ſolum vreterum contracturam relaxat, ſed inſuper dolorem admirabiliter placat.

Calculus puluere tenus aſſumptus calculũ diſſoluere poteſt à Paracelſo ludus vocatur

Diſſolui olim ſtrutioum ouorum cortices in ſupradicto ſalis ſpiritu, huncque peregrini ſaporis liquorem multoties in parua doſi ingenti cum fructu non ſolum calculoſis, ſed etiam hydropicis propinaui.

E Ge-

Generoſus eques ſeptuagenarius calculoſus, atque podagricus vtebatur ſequenti fętidiſſimo oleo, quod tamen in ſecretis habuit. ℞ olei iuniperi, Terebinti ana dr i. ſuccini, & ſeminis petroſelini ana vnc. ſ.

Hoc affundebat ſuper myrrhæ vnc. ij. maſtiches & aloes ana vnc. j. & ſulphuris drach. ij. pulueriſata rurſus ex retorta in arenam poſita diſtillabat, in extillatum infundebat margar. præp. dr. vi. croci drach. iij. cubebar drach ij.

De hoc oleo de tertio in tert'ũ diem in cicerum decocto ſumebat 6. ad xij. guttas: calculos vidi eiectos per plurimos cicerum magnitudine, & ſine vllo incommodo, vt ipſe affirmabat.

Sic vidimus in hydrope & vrinæ penuria non ſine minore fætore ſed cum fructu bibi quotidie infuſum ſpiritum vini ex rafani taleolis. Vt & in urinæ totali ſuppreſſione rafanum contuſum alligari ſub axilis, & ſubter genubus bono ſucceſſu.

Eſt & ſpecificum remedium vitriolatnm, quod iunioribus calculum veſicæ plane tollit ſine recidiua, eodem remedio ſanatur et ã Aſtma perfectè, vt & Epilepſia ex infe-

inferis ortum ducentia.

Res inaudita & admirabilis tamen antiquiſſima.

Cap. 15.

OStendi in ſtomacho acidum, oſtendi etiam calculum, vrinam ſudorem & ſanguinem, carnéq; ſalſa eſſe: ſic etiam oſtendi, quomodo ſalſus ſapor ab alcali fixo diuidatur, vt nimirum alcalia volatilia ab acido liberentur. Nunc meum erit demonſtrare, quomodo vrina ſudor ſanguis &c. ſalſum ſaporem acquirant?

Alimenta omnia, & quicquid nutrit, parum habent acidi, & plurimum alcali volatilis, tantum ſcil. acidi vt alcali colligat, ne euaneſcat (*ſibi enim ſoli ſufficiens non eſt*) in dictum alcali agit ſtomachi aciditas, fitque ſalſus ſuccus, qui eodem opere impreſſus vitali ſpecifico caractere illius animalis vocatur chilus: hic non tranſit meſeraica, imò non admittitur niſi ſalſum ſaporem (id eſt maturum) induat, alias fieret intimis odioſus atque moleſtus, adeoque ſtomachi aciditas viuificat chilum, vt nutritioni fiat aptus: Hinc Hippoc.

Sic cibus in ſtomacho fomentum ſuſcipit introit Lukius in Teſtamento.

Stomachi dotes. de humoribus: *Vt in animantibus ſtomachus alit, calefacit, refrigerat ſic in vegetabilibus terra*. Id ſonat, ſtomachum eſſe omnium actionum præſidem, quæ in corpore contingunt ſolius acidi vitalis gratia ibidem latentis.

Vrina ſanorum ſalſa. Potatorum & helluonum vrinam (propter copiam potus, quem ingurgitant, mingunt ſingulis horis, præſertim à vino Rhenano aquoſo) non exiſtimo per omnes venarum ductus tranſire, alias tinctá decurreret, huiuſmodi vrina colore licet aquæ ſimplicis ſimilis, attamen ſalſa eſt ficut illa, quæ tincta à moderato potu generatur, quod probat lixiuium alcalizatum, vt de ſudore oſtendi.

E contra morientes licet paucum atque tinctum mingant, ſalſedine tamen omnino caret eorum *Vrina morientium caret ſale.* vrina (præter commune ſal, ſi eius quid in cibis aſſumpſerint) neceſſe eſt itaque ſalſum generari debere ab impreſſione acidi vitalis in ſtomacho ſedentis, quod morientes deſerit paulatim.

Hac ex obſeruatione luce meridiana clarius patet, vitale inſtrumentun in ſanis, quo alimentum imprimitur ac veluti balſamatur, priuſquam pyloro elabitur, ne putre-

treſcat, vt dixi ex Hippoc. eſſe ACIDVM, quo cum in *ipſo ſtomacho chilus* (ouum aut ſeminis granum repreſentans) debet ſalſus fieri. Vnico verbo, ex acido ſtomachi & alimento fit ſalſus chilus, ſalſa vrina (etiam in iis, qui in Alpibus ſolo lacte viuunt nunquam ſal deguſtantes) ſalſus ſudor, ſanguis carnes & oſſa, imò ipſa alui excrementa: Quorum tamen alcali licet centies rectificaretur, paucis abindè horis iterum induit fetorem priſtinum fermenti loci vel occulti acidi ratione in cæco inteſtino latentis. Vnde verificantur quæ cap. præcedente dixi, quod alcali cuiuſcunque rei habeat, conſeruetque in ſe occultum acidum ſenſibus in perceptibile totius animalis vel partis, ex qua deſumitur: Quare Paracelſus antiquiſſima Hippocratica ſcientia illuminatus liquorem pro calculo ſoluendo, ludo ſpecificat propter ſymbolum, vel propter loci fermentum, id quod nobis reuelare licet.

Protochimicus habitat in ſtomacho.

Salia conſeruare proprietatem rei ex qua deſumpta ſunt docet Geber.

Cum vero ſtomachi acidum ità potens ſit, vt alimenti alcali ſuperet, & in ſalſum ambo non tranſmutentur, aciditate caſu intro recepta & ad ſanguinem perreptante, ſtatim fiunt febres pleuritides,

ſanguis enim tunc temporis emiſſus in grumos concreſcit, eò quod ſuperans acidum alcali cogit non ſecus quam acetum lac, vt ſuo loco oſtendi, coagulat: Hoc in caſu veteres noſtri indagarunt pleuritidis ſpecifica remedia, ſtomacho familiariſſima, & quæ abundant alcali volatili, quo acidum errans confeſtim abſumere poſſent: ex illorum claſſe ſunt ſanguis hirci, ſuccus cichorei ſilueſtris, priapus cerui vel tauri, ſemina carduorum, & ſimilia.

Pleuritidis remedia.

Non omittendus ſpiritus vini ſaturatus camphora & croci tintura, cuius 20. plus minus guttis in vncijs duabus olei lini recenter expreſſi datis indubitate ſanantur omnes pleuritici, imò & quos anima iam iam expirare timebatur. Suntqui etiam in ſyr. florum papau. erratici, vel oleo amygdalino propinant, ſed ol. lini ſpem nunquam fefellit, etiam ſanguine non euacuato, camfora nimirum eſt alcali volatile, quod ſtatim acidum putrefactiuum & erodens abſorbet, vt ſuo loco de camfora dicturus ſum. Vnica ergo guttula acidi in ſanguinem ſi perreptat, ſtatim morbus in promptu eſt, vt mechanice patuit.

Vn-

Vnde liquet auguſtiſſimum punctum, in quo ſanitas conſiſtit, eſtque iſtud punctum Galeni temperamentum ad iuſtitiam vel ad pondus *lib. 1. de temperamentis* quod abſque Hippocratica doctrina potius imaginamur, quam quod reuera exiſtat. Hinc Hippoc. *Corpora ad ſummum vigorem progreſſa non perſiſtunt, ſed velut æqua lance librata in contrarium ruunt.*

Inſtrumentum itaque vitale, aut ſeminalis virtus (voca vt lubet) omnibus tribus regnis imò eorum particulis & muſculis ineſt, ſpeciale ſcil. fermentum acidum, quod ſtomacho manifeſte, reliquis autem particulis omnibus occultè inhabitat, atteſtante id Hippoc. lib. de arte: *Homo* inquit *non habet vnum ventriculum ſed plures, & omnes muſculi ſuum ventriculum habent.* Ventriculi autem proprietas eſt in aliud ens tranſmutare duarum facultatum ope, acido nimirum innato, & alcali acquiſito, ſic etiam intelligendum hoc loco iubet meus Hippoc. inquiens lib. 1. de diæta. *Secant homines lignum per ſerram, alter trahit, alter protrudit, ſic & hominis natura.* Acidum itaque dictum, tam occul-

rum quam manifeſtum in ventriculis, aſſumens alcali, quod alimenti modo illabitur, trahit & trahitur, idemque facit vtrumque: & quicquid eorum naturæ non repugnat, cum ijs coagulatur, creſcit in molem, quæ actio vulgariter nutritio: magiſtro vero NATVRALIS LABOR dicitur lib. 1. de diæta. *Homo* inquit *ſanus eſſe non poteſt, niſi etiam laboret: oportet autem, velut par eſt, Medicum laborum vim pernoſcere, tum NATVRALIVM, tum eorum, qui per vim fiunt & qui ex ipſis carnes in augmentum præparant*: vt de ſapone, vitro & calce rudibus exemplis Hippoc. auctoritate narraui.

Naturalis labor, nutritio eſt Hippocrati.

Sed cum vſitatæ dictiones Hippocratis obſcuritatem breuitate præſeferant, in ſubſequentibus capitulis copioſius clariuſque proponentur, dum particulatim reſecabimus, quæ hic vniuerſim propoſuimus, quibus cognoſces *naturam in omni re ſimilem* vt docet cum Magiſtro & Doctore meo in Aureo carmine venerabilis Pytagoras.

Cum itaque in ſtomacho omne ingeſtum in ſalſum volatile tranſmutari debeat, chilus autem prop-

ter errorem vel intus genitum, vel ab extra aduentitium, vel nimis, vel minus aceſcat, vt in potatoribus vidimus, qui aſſumpta quandoque per vomitum reijciunt acidum redolentia, & non proportionatur, tunc fit alimoniæ & ſubſequentibus ventriculis ineptus, & importuna aciditate per meſeraica perreptante, tunc totum corpus inæqualiter calet, & quoniam alimentum diſproportionatum eſt, fieri etiam ineptum exhalationi eſt neceſſe. *Neceſſarium eſt* docet Magiſter præcitato libro, *quæ ab ipſo ſecernuntur ac producuntur diſſimilia fieri &c*. Vnde ex vſu dicimus poros eſſe obſtructos, ideoque tranſpiratione prohibita, neceſſario ſequi febrim vel morbum. Hinc omnis morbus iuxta Hippocrat. de Natura hominis conſiſtit generaliter vel in materia coagulata vel ſoluta magis vel minus, differtque iuxta qualitatem ſaporum, quorum numerum infinitum recenſet de veteri medicina & in 6. Aphor. 1. *Ructum acidum, qui prius non erat, nidoroſis ſuperuenientem, bonum pronunciare*: Quod ſonat, non in omni morbo ſoluto ex.gr. alui fluxu totaliter deeſſe ſtomacho acidum vi-

Si importunè, & violenter cogatur, omni ſucceſſu priuabitur Hip. de diata.

Coagulata ſoluere, & ſoluta coagulare in his duobus conſiſtit medendi methodus Hippocr.

tale fermentum, ſed quandoque degenerare, & ſalis erodentis naturam induere, ſtomachi pylorum ſtimulare, atque ſic *concreta ſoluere*. Ideoque eiuſmodi fluxus ſolo lacte ſuperantur, eo quod lac facilime ſalſis commiſcetur (vt ſupra de lacte mechanice oſtendi) viſque eroſiua eluitur, & ſic *ſoluta rurſus coagulari* Magiſtri ſenſus eſt. Vnde ſequitur, ſi proportionatum acidum & alcali cum debito calore omnibus in ventriculis conueniant *concordem* ait magiſter de dieta *concordi adhærere ac aſſidere ſine pugna & diſſidio*: NATVRALEM LABOREM perfici, & carnes in augmentum creſcere vocaturq; à Galeno hæc actio tẽperamentum ad iuſtitiam: Pariformiter quoque perficitur & *coagulatur* ſmegma, quod & ipſum ſi quandoque diſproportionatur, fit crudum atque morboſum, debetque ſuo ſimili *reſolui*, ac rurſum ſuo contrario, vt ſuo loco oſtendi, ad ſanitatem reduci, recoqui, & in ſalſum *coagulari*.

Hæc pro ſalium volatilium ortu & generatione, in animalium familia ad hanc rem ſpectantia indigitaſſe ſufficiant, niſi quis obiicere vellet, quod nobis falſa come-

me-

medentibus exinde fieri ſalſa volatilia, quod tamen ſupra impoſſibile oſtendi ratione ſalis conſtantiſſimæ naturæ: cum ſal ſicut comeditur, ita reperitur in vrina, forma atque natura immutata citraque vllam ſui alterationem, quod cuicunque facilime experiri licet: ex vrinæ nimirum inſpiſſatione, calcinatione, ſolutione, & coagulatione reperitur ſal granulatum, & purum, ſicut in culina quotidie vtimur.

Viuunt etiam homines in alpibus ex ſimplici lacte, quorum tamen vrina acido & alcali non caret, & licet eius ſal in ſalis forma concreſcat, non tamen granulatur, vt ſal marinum, ſed cubiforme, neque eſt in igne conſtans, ſed leui calore fugit ab igne, vt experientia declarat.

Generatio vnius alterius deſtructio. Cap. 16.

OStendi ex ſudore, vrina, ſanguine, carnibus &c. modum alcali eliciendi, dixi etiam, quod alcali in commeſtibilibus in ſtomacho in ſalſum volatile mutari debeat, ſicut in ſubſequentibus ventriculis omnibus, quorum nu-

merus multiplex eſſe confirmatur Hippoc. lib. de arte, cumque iſtud ſalſum penſum ſuum perfecerit tunc ſimul *cum diſſidente, aut pugnante, aut Magiſter de diæta* id eſt cum vnctuoſo excremento tranſpirat, & in elementa abripitur, non ſecus quam reliqua omnia ſublunaria, quorum exempla dedi ſupra de fixo ſale tartari, oleo, ſapone &c. quæ poſtquam per artem in ſalſum perfectum reducta fuerint, ac ità vſui inſeruiuerint in aquam & terram rurſus redeunt; quæ tamen generatio & deſtructio manifeſtius apparebit.

Bibatur, vel leuiter voluatur in ore tantillum vitrioli martis (cuius præparationem Tyrocinii ſcriptores luculenter docent) & paruo temporis ſpatio nigreſcit lingua, ita vt nigro veſtita videatur holoſerico, cuius quia pori ſemper turgent exhalationibus occulte ſalſis, quæ vel cum ſaliua permiſcentur, vel in auras abripiuntur. Ideo vitrioli martis aciditas ſtatim atque arripit ſalſum in lingua, mediuiditur & alcali ſaliuę bibit acidum vitrioli, colcotar ferri cadit in linguæ poros, his inhæret, linguamque nigricantem reddit.

Ne autem credas, me tibi fabu-

las

las narraſſe, en rurſus ad ocularem demonſtrationem accedo.

Diſſolue vitriolum martis in aqua limpida, claramque in ſolutionem guttatim ſtilla alcali vrinæ, vel ſudoris, quæ cum ſaliuæ alcali idem ſunt, in momento colcotar ferri cadit in nigrum fundum, quem linguæ hærentem oſtendi.

Sic cuncta alcalia diuerſo tamen colore vitriolum præcipitant, atque in ſalia à priore diuerſa commutant, vt in Tartaro vitriolato manifeſtaui, & nunc paucis oſtendam.

Alcali.	Chelidoniæ.	præcipitat vitriolũ martis ſolutũ in fundum coloris.	Flaui.
	Lauendulæ.		Viridis.
	Abſintij.		Citrinantis.
	Roſmarini.		Obſcurioris.
	Tartari.		Atri:
	Sanguinis.		virid:obſcuri
	Viperinum.		virid:marini

Sal ſtipitum fabarum in flauedinem illud conturbat, & poſt horæ quietem ocra ex imo eleuatur.

Sal commune vt perfectiſſi-

mum

mum ſalium, in quo aciditas prævalet, miſcetur cum vitriolo, hocque non deſtruit.

Vt neque ☿ ſublimatus, qui eſt ſal artificiale, vt & acida quæque vitriolum non turbant.

Sola itaque alcalia vitriolum præcipitant in varij coloris fundos, qui tamen omnes in atrum deflectunt, & quia fixa alcalia in animali viuenti non reperiuntur, erunt itaque alcalia volatilia, quæ in viuis vitriolum in obſcurum ſeu nigrum præcipitant colorem, hæcque indeſinenter ſub ſalina forma, poſtquam vſui inſeruierint, è nobis continue tranſpirant, exhalantque, docente id Magiſtro de morbis popularibus.

Quam diu inquit *viuitur, hominis totum corpus eſt expirabile, & conſpirabile*, & quicquid expirat occulte ſalſum eſſe docet mechanica ſupra ad oculum demonſtrata, illud autem ſalſum non ſolum ad externum corporis habitum euaporat, ſed maior pars ad inteſtina procumbit, quod ſic probatur.

Bibito vitriolum martis in aqua ſolutum, & videbis alui excrementa vel nigra vel viridia &c. tincta eodem modo ab alcali di-

uerſo præcipitata, vt in tabella paulo ante mechanice oſtendi. *Simili prorſus modo operatur hominis natura, cum qua omnes artes omniaque artificia communicant: docet Hippoc. de diata.* Sed in externo corporis habitu vitriolum ſolutum non præcipitatur ab effluuijs ſalſis, ad inteſtina itaque maior erit confluxus.

Vrina vero non tingitur nigra à vitrioli martis vſu: quia colcotar præcipitatur, priuſquam liquor ad meſaraica rapiatur, ita vt de neceſſitate per inteſtina fluere cogatur.

Si itaque ad inteſtina confluit excrementorum maxima pars à natura in exilium proſcripta, & aliquando per errorem à vinculis coagulationum in locis indebitis detinentur illa, vel vt cum Fernelio loquar, in prima corporis regione, neceſſe eſt omnino, vt medicamento ſoluente ad exitum promoueantur: quare mihi non videtur, omne ſolutiuum medicamentum in omnibus morbis reprobandum vel abdicandum, vt quidam exiſtimarunt: *neque ad conualeſcentiam* vt credit practicorum medicorum maior pars. *Purgantia quando adhibenda.* *Sola ſatis ſunt* vt habet Hippoc. lib. de arte.

Nunc

Nunc ad acidula vitriolata, quæ ab indigentibus potanda ſunt in ipſa roſionis actione, id eſt hauriendæ ſunt aquæ ab ipſo viuifico fonte, nam ſi paululum defluxerint, tunc actio ceſſat, ſpiritus acidus à ferro immaturo abſorptus fatiſcit, & cum ſoluto præcipitatur in ocram, quæ non obſcurum (cum ab alcali non ſit præcipitatum) ſed flaueſcentem fundum exhibet, ſicut omni vitriolo ferrum ferenti contingit.

Fons autem licet in magna copia potaretur, à ſtomacho tamen auide abripitur, & tunc alcali ex meſenterii morboſis glandulis confeſtim, & quaſi magnetica vi per poros (ſtante perſpirabilitate Hippoc.) ad acidum fontem in ſtomachum confluit, ibidem colcotar præcipitatur in nigri vel viridis &c. coloris fundum iuxta ibidem latentis alcali morboſi feminalem proprietatem, vt in tabella oſtendi.

Oppilatio quid?

Quando vero glandulæ non alcali, ſed aciditate morboſa turgent, vt in Hypochondriacis, hæc ſimiliter ruit ad ferrum immaturum, ſicut acida quæque, & tunc cadit colcotar nigri coloris, quod alui excrementa teſtantur. Notandum

dum autem, quod acidulæ diaphragma non tranſcendunt, ideo morbis thoracis ac pectoris niſi ab inferis foueantur, nullo modo conferunt.

Medicus canonicæ ſectæ litigandi inſtrumentis ab Ariſtotile diues, Nobili patritio vrbis Hypochondriaco ad portandum curabat paucis abhinc annis fontem ferri venam rodentem, ex tridentino agro, qui ſpiritum rodentem expirare timens, iuſſit fonte impletis vitreis lagenis longo collo oleum ſuper addi, oſculumque cum cera obſignari, & deſuper veſicam bouinam ligari, ſuccutiebatque togam gaudens quod ſubtili argumentatione fontis ſpiritum irretiuiſſet, quem vt ſpiritum vini conſiderabat (ideo exclamat audax at ingenioſus Helmont tractatu de catharri deliramentis. Rarum eſſe Medicum in Europa) Hic ſi Hippocraticam veram ſcolã coluiſſet, & naturæ librum verſaſſet, non tam turpiter lapſus eſſet, *vt neque medicina omnium artium viliſſima æſtimaretur Hipp. de lege*: cognouiſſet, inquam, acidum non expirare, ſed ab actione in ferrum tandem deficere, neque tunc exhalare, ſed ſub forma fecis

ambo

ambo fundum petere, quem ochram appellant.

Claudin. de ingreſſu ad infirmos de natura aquarum.

Non ſatis quoque mirari poſſum oſtentatorum quorundam garrulorum nugas, qui fontem diſtillare & ex fundo hariolari eadem ſtupiditate apud ignaros promittunt. Sed diuites ſic dimittuntur inanes.

Spadana eſt multo acidior, & licet roſerit venam ferri, illi ſuper eſt tamen quædam aciditas, propterea ſe aſportari aliorſum permittit.

Huius fontis fama per celebris mouebat ante decennium circiter Nobilem Vicentinum, vt curioſè fontis naturam propriæ ſanitatis ratione perquireret, cui breuiter proprietates, & quibus morbis conferret, deſcripſi, tunc temporis cum ſereniſſimo Georgio Guilielmo Duce Brunſuico Luneburgenſi de hinc iter in Germaniam inferiorem inſtitui. Nobilis domum reuerſus forte retulit Ciuitatis medico, quæ de fonte, diximus: hic longam exarabat epiſtolam ſub forma conſilij ad clariſſimum ac præſtantiſſimum virum Dominum Theodorum konerdingium doctiſſimum Ducis Archiatrum, quam tamē apertam dire-

Parum firmamenti & virium habet falſitas.

direxit ad manus ipſius Ducis ac in margine poſitum erat nomen meum vt intuenti ſtatim ſe offerret: Legens Dux indignatus contra hunc Malā Cretam: Noſtin inquit huius epiſtolæ ſcriptorem iniquum? Quod cum negauiſſem: bonum, inquit, omen, quod à vulgo contemneris, & conuitijs laceraris: Legito inquit ac porrige Domino Konerdingio, vt & illi ſcriptor innoteſcat. Incomparabilis Princeps calumniatori aures non præbuit: ſed ac ſi nunquam legiſſet, ſe geſſit. Totum autem folium nil niſi conuitia, & calumnias continebat, me accuſans, quod nouam Philoſophiam introducerem, quæ tamen cum nil aliud niſi malignum animum & ſtupidam ignorantiam manifeſtent, redierunt ad ortum. Sed ad rem.

Semper præclari & ſapientis hominis eſſe iudicarunt antiqui imperitorum calumnias magno animo parui facere.

Quemadmodum vitriolum & aquæ omnes, quæ ferrum ſolutum continent præcipitantur per alcali in obſcure nigrum fundum: ſic & ipſe vitrioli ſpiritus acidiſſimus vt vt rectificatus metalli tamen immaturi liquamen continet, quod probat alcali inſtillatio, ſtatim enim iſtud liquamen, vt colcotar in fundum obſcurum cadit, ſupernatans vero clarus li-

quor

quor coagulatur in Tartarum vitriolatum, vt ſupra oſtendi ſuo loco.

Quapropter qui vitrioli ſpiritu in dentibus dealbandis vtuntur, valde errant, roborat quidem debiles gingiuas, ſed dentes inficit tenaciſſima flauedine, ſicut vitriolum ipſum hos nigricantes reddit propter colcotar, quod alcali manifeſtat: ratio eſt, quod indeſinenter ac neceſſario aliquid è nobis exhalat madoris ſpecie alcali repletum, quod mechanice cap. ſuo oſtendi, idem expirans alcali etiam circa dentium alueolos colcotar ex dicto ſpiritu ſeparat, quod dentibus firmiſſime adhæret, eoſque flauos reddit. Quare ſciant, qui munditiei, vt decet, ſtudent ad id præſtare ſalis ſpiritus, in momento enim vnicoque frictu dentes candidiſſimos efficit. Ita etiam eburneæ imagines vetuſtate defædatæ nitidiſſimæ fieri poſſunt dicto ſalis ſpiritu, ſtatimque aqua abluendum eſt, ne ærugo contrahatur.

Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt. Mart.

Quomodo autem fiat ſpiritus vitrioli, abunde docent Tyrocinii ſcriptores, & nunc omnibus notiſſimum eſt, ille vero qui per 6. dies & noctes continua flamma expellitur, & deinde ex vacua cu-

pella

pella rectificatur, reliquis præferendus eſt.

Vſum tam internum quam externum docet Angelus Sala admodum eleganter, cui addo ardentes veſicas, quæ aliquando tam virorum quam fœminarum labra oris defœdant, cum in ſui ortu prurire incipiunt, ſi leuiter ſaltem tetigeris ſpiritu vitrioli acidiſſimo licet non rectificato, & quando percipitur morſus ſimplici aqua ablueris, ceſſabit progreſſus illarum, aciditas enim bibit & abſumit alcali in labris vrens. *Spir. vitrioli.*

Sic etiam in turpiſſima capitis furfuratione ſine pruritu, nil præſtantius quam ſi humectetur caput ſemel aut bis cum tantillo ſpiritu vitrioli roſarum aqua vel alia diluto, vt vix aciditas percipiatur. Cum pruritu vero coniuncta, album recentis oui per concuſſionem in aquam conuerſum, & prurienti loco inunctum celerrime ſanat. *Furfuratio capitis*

Ambuſtorum priuſquam veſica eleuetur, ſtatim extinguit ardorem, & deinde aciditas ſimplici abluitur aqua: Succus autem Cæpæ mirabilis eſt in hoc caſu, vidi puerum, cuius tota facies à puluere pyrio accenſo fuit combuſta, ſolo *Ambuſta.*

ſucco

ſucco cæpæ ad perfectam ſalutem reduci citra cicatrices.

Spaſmus. Vtimur etiam ſpiritu vitrioli rectificato in ſpaſmo quotidie ad 4. guttulas in appropriata quadam aqua optimo ſucceſſu. Mercator amicus à ſpaſmo fuit valde tentatus vt quoties ſomnum capere incipiebat ex conuulſiuis motibus expergiſcebatur, cui ruſtica aperuit hoc amuletum: ducatur *inquit* filum cannabinum à viragine (ſeu mala fæmina vt dicitur) hoc circumliga nudum corpus, vt os ſtomachi attingat, alioque filo vtraſque tibias: ex quo nunquam hactenus per plures annos ſpaſmum paſſus eſt, quam primum autem deponit filum, ſtatim redit ſpaſmus rationem addere non libet, huius loci enim non eſt, legatur autem Helmont de magnetica vulnerum curatione.

Sic & pruritus oculorum lucubratoribus valdè moleſtum malum, extinguitur vnica gutta ſpir. vitrioli diluta in aquæ ſimplicis claræ ſem vncia, atque oculis bis vel ter inſtillata.

Phlegma vitrioli. Phlegma non minus vtiliſſimum plurimos & præſtantiſſimos vſus habet, à ſcriptoribus vero neglectum, eius potus plurimum con-

confert omnibus diſſolutis morbis, dyſenteriæ diarrhœæ, ſanguinis ſputo febri coniuncto, etiam podagricis doloribus tam intra quam extra. Sic vlceribus omnibus, vulneribuſq; in petiis tepide applicatum vt & hæmorroidum dolori fœdoque inflammatione, tam intus quam extra miro modo, refrigerat enim & dolorem lenit. Sunt qui in ſecreto habent amuletum in hæmorroidum inſolentijs geſtatum, Craſſulæ ſcilicet ſeu fabariæ radicem non ſine fructu. Alii fomentum ex floribus ſambuci inſtituunt, quod miro modo extollunt.

Aridum Colcotar, quod ex aere nihil humidi attraxerit, quod caput mortuum vitrioli inepte vocat ſcriba, etiam infinitos habet & egregios vſus. Cecidit è lecto, fœmina generoſo vino ebria quæ dexterum carpum alliſit ad vrinale de maiolica ſic dicto, illoque ictu amputatis loci venis, ſanguineque copioſe exſiliente animo defecit, & pro mortua attollebatur, non potuit ſiſti ſanguis, niſi dicti capitis mortui affatim applicato puluere & obligato, ſanguis illicò ſtetit, chirurgicis dein remediis ſanata. *Colcotar.*

Eidem

Eidem capiti mortuo ſeu arido colcotari affunde ſpiritum vini dephlegmatum, qui cum ſit pinguis & ſulphureus bibit ſpatio 24. horarum neſcio quid inuiſibilis vitrioli ſulphuris anodini, fitque remedium apoplecticum excellens.

Apoplecticum.

Ablutum autem colcotar ſiue terra vitrioli dulcis in chirurgia infinitos habet vſus, eſtque baſis vnguẽti ſclopetarii Fęlicis VVurzii, modum autem parandi hanc terram ſtudio abſcondit, fit autem facilime hoc modo: vitriolum nimirum in ſole exſiccatum vel Romanum, vel aliud, quod ferro ſit diues, inditũ ollæ terreæ cũ ſuo coperculo commiſſuris oblutatis, ponatur ad ignem rotæ, vt paulatim candeat, deinde obrue carbonibus, ac ita permitte in igne, donec non amplius naribus percipias ſulphureum odorem, frigefacta olla, reperies vitriolum tuum, vt ſanguis rubrum, cui affunde aquam, & ablue vitriolatum saporem omnem, vſque dum puluis plane inſipidus ſit, quem exſicca, eſtque terra vitrioli dulcis, quam VVvrzius in ſecreto habuit, omnibus vlceribus accõmodatum remedium, applicatur diuerſimode iuxta indigentiam. Intrat quo-

Vitrioli terra, pictoribus gratiſſima merx.

que

que in Crollij oppodeldoch.

Aquam ablutionis rurſus in vitriolum coagulare potes, & ad idem aut ad aliud opus reſeruare.

Tantillum vitrioli in phlegmate vel aquæ communis quantitate dilutum, vt dulcem quaſi ſaporem linguæ referat duplicatis petijs lineis exceptum, & tepide ſecũdum artem, & cum iudicio applicatum ingentia vlcera, & vulnera paruo temporis ſpatio mundificat, & incarnat.

Vitrioli occaſione, pergit reformatoris impoſturas detegere.

Cap. 17.

FErrum *ſeu chalybem*, inquit in Mantiſſa *nullo alio menſtruo quam vitrioli & ſulphuris ſpi. in genuinum vitriolum ſolui poſſe.*

Vbi notandum Mantiſſam Tuſca lingua additamentum dici, quod ſine vllo vſu eſt. Sic ſane reformatoris Mantiſſa, in qua nil aliud quam receptula hinc inde excerpta male intellecta, nugas, vana atque inania promiſſa reperies. *Mantiſſa dicitur inane penu.*

Ferrum diſſoluit in ſpir. vitrioli, & in vitriolum coagulat, quod

ſine iudicio vocat naturale, atque in ſpiritum diſtillari iubet, grauiſſimi ſaporis, ignorans hunc ſpir. nil aliud eſſe,& nil aliud eſſe poſſe, quam eundem vitrioli ſpir. quem affudit,& quem poſt diſtillationem à ferro rectificauit: in hoc labore non ſolum nil acquirit, ſed repetita diſtillatione tandem in aquam inſipidam atque elementalem reuertitur, vt de ſale tartari ſuo loco oſtendi, & ideo alias vires illi adſcribere non audet, quam vulgares, ſcilicet eſſe grati ſaporis: adeòque hic labor præter impoſturam inutilis eſt, & mantiſſæ nomen confirmat. Tinctoribus vero magno vſui eſſe nunc oſtendam, & hac occaſione etiam ad vegetabilium alcalia paulatim procedam.

Dixi, neque acidum, neque ſalſum, neque vllum alium ſaporem vitriolum deſtruere niſi alcalia: ſed ſuccus ex gallis immaturis coit cum vitriolo in nigrum, quia deſtruit, & aſſumit eius acidum; adeoque hunc ſuccum eſſe ex alcalibus patet.

Atramentum. Hoc modo fiunt atramenta, & omnes tincturæ nigræ, imò quando vitrioli aciditas gallarum alcali ad ſufficientiam non combibit (quod fit quando ex gallis nimis

ma-

maturis pluuiaque ablutis alcali exſpirat, vt omnibus vegetabilibus contingit (ſalſedo enim exhalat in aere exſiccatis, vt ſuo loco) tunc vitrioli aciditas erodit pannos, vt quaſi marcidi fiant, & vulgus clamitat. *la robba è bruggiada nella tinta*.

Sic etiam literæ ſcriptæ atramento ex dictis gallis cocto palleſcunt, quia præualens aciditas vitrioli gallarum debile alcali à pluuia & aere ſemiconſumptum debellat, ſimili prorſus modo: vt acidus ſpiritus quilibet mineralis ſcripturæ oblitus ſtatim nigrum colorem (id eſt alcali) deſtruit & abſumit, quem rurſus aliud alcali potentius reducit.

Sic ſcribito cum aqua, in qua vitriolum ferreum ſit ſolutum, cumque exaruit, nullum ſcripturæ veſtigium apparebit, obline ſcriptum gallarum ſimplici infuſione, & momento harum alcali acidum bibit, ſcripturamque nigricantem reddit, quæ acido potenti vel aqua forti ſtatim deletur, alcali nimirum ab acido conſumpto. *Criptographia fundamentum*

Rurſus imbue cartam cum alcali fixo, quod iterum abſumit acidum, iterumque apparebit ſcriptura

Ex dictis nunc patet, quod vitriolum non tingit, niſi acidum eius ab alcali quodam ſit abſumptum.

Vt autem gallarum alcali fiat perfectius, perunge ſaltem gallas pinguedine, vel oleo quodam, quod in lento cinerum calore cum alcali coeat, relinque ibidem in ollula, donec videris gallas quidem nigriores factas, non autem in carbones redactas, tunc alcali harum erit tingendo promptius, & huiuſmodi vſtarum vncia plus tingit, quam alias libra, imò per ſe ſine vitriolo tingunt, eo quod pinguedo earum alcali per ignis calorem maturauit.

Capillum nigrum tingunt.

Simili alcali volatili & occulto abundant quam plurima vegetabilia, vt ſemper-viuum maius, ſaluia, granatorum, atque iuglandium viridium cortices &c. (ficos, antequam maturi fiant, macerant fœminæ in oleo in ſolis calore, hocque oleo tingunt capillum nigrum) hæc omnia vitrioli acidum abſumunt, & ab eo colcotar præcipitant plus minus nigrum iuxta alcali naturam.

Non omittendum, quod magni nominis vir naturæ myſteria anxiè perquireas mirabatur, cum au-

audiuiſſet, quod domicella ex Gynecęo in aula ſumpſiſſet per os granatorum cortices, qui adſtringere vniuerſaliter iudicantur, nihilominus illi menſes per multum tempus deficientes prouocauerant, non ſecus quam ſilueſtris ruta, ſeu creticus dictamus &c. cui cum oſtendiſſem copioſum alcali, quo ſcatent dicti cortices, & etiam menſium obſtructionem originē traxiſſe ex acido morboſo, quod alcali corticum abſorpſerat, mirari deſiuit.

Permixta, & diſcreta alterantur Hipp. de diata.

Notandum vitriolum artificiale lazureum, quod Cypricum ineptè appellant, cum gallis licet toſtis non nigreſcere, ſed cum corticibus granatorum tingiere in obſcure flauum.

Cypricum falſum fit ex cupro.

Fit autem ex cupri bracteis per ſpiritum vitrioli aut ſulphuris: poſt ſolutionem in frigido coagulatur in lapillos oblongos, angulares, difficilè reſolubiles, ac diſtillationibus inutiles, nihil enim exprimitur, quam ſtagma, quod affudiſti, ſicut eſt illud, quod reformator ex ferro componere docet in capitis principio, eò quod immaturo ſulphure plane deſtituitur. Hoc cum vrina virideſcit, & cum alcali eiuſdem vrinæ pręcipitatur in fun-

dum lazureum per fuſionem in cuprum rediens.

ærugo diſtillata dat acetum acerrimum.

Sic & ærugo (quatenus ex maturo cupro & aceto) non nigreſcit cum gallis, ſed fit ſpadicei coloris, ſub pace reformatoris ſcio atque comperio exinde nil niſi acetum diſtillari poſſe, eò quod remanens caput mortuum poſt diſtillationem in purum cuprum per fuſionis ignem reducitur, de quo ſuo loco plura.

Alexij ſecretum.

Vnde liquet, quod neque æs vſtum cum toſtis gallis nigram tincturam producit; vt Alexius Pedemontanus mulierculis promittit, quo cum tamen ſe anxiæ torquent his oris ad capillos denigrandos, quicquid enim illiuſmodi compoſitio tingit, ſolis gallis adſcribendum, & non vſto æri.

hic metaphora de veneris, & martis concubitu non ineptè quadrare videtur.

Vitriolum autem cypricum eſt vere Hermaphroditicum, & naturalis acidi & ferrei, & cuprei ſulphuris ditiſſimum, ob id ſemper humidum, & nunquam per ſe in lapillos concreſcit, promptiſſime ob id cum gallis nigreſcit, argumento, quod Veneris, & Martis naturæ ſit particeps (vitriolum enim veneris ſine Marte cum gallis non nigreſcit, vt oſtendi). *Ferrum enim & cuprum ſanguine & nati-*

natiuitate ſunt coniuncta, vt maſ & fœmina, hoc arcanum, inquit Baſilius de vitriolo, *debetis tacere, & tamen notare, plurimum enim intereſt*. Hoc vitriolum in aqua diſſolutum fului eſt coloris, in illo ſi diſſoluitur æs vſtum, vel cupri lamina, vel ferrum antiquũ, tunc in lapillos concreſcit, fitque vendibile, medicinis tamen inferius.

Album illud de Goſlaria, vt & illud de Carinthia participant quidem Martem & Venerem non tamen ſunt opulenta immaturo ſulphure ferri, ob id admodum pigrè nigreſcunt cum gallis: huius ſoluti guttula cum gallarum ſucco mixta ſupra cartam cadens facit iridem varij coloris, poſtquam exaruit. Iſtud album nobile eſt vomitorium, de quo vide Crollium. *Gilla paracelſi vomitus mouet faciliores quam viri de vitriolo.*

Vitriolum vero Romanum, quod ferro eſt ditiſſimum, licet pauper ſpiritu, ſeu naturali acido, tingit promptè immaturi ferri ratione *Romanum*

Sic vitriolum artificiale, quod fit ex ferri limatura cum ſpiritu vitrioli, vel ſulphuris, eadem promptitudine tingit, & ideo tinctores in defectu vitrioli dulcis, addunt vitriolo mordaci ferri limaturam, *Artificiale vitriolũ*

quæ plane ab iſto mordaci, & humido vitriolo diſſoluitur, & ſic dulceſcit, fitque ad tingendum aptius.

Crocus martis. Crocus martis (qui fit ex artificiato vitriolo, in cooperto crucibulo ignito, donec rubeſcat) ſolutus in ſalis ſpiritu, ac digeſtus cum vini ſpiritu acquirit aureum colorem, fitque medicamentum nobile in colica, ictero, antiquis oppilationibus hernia &c. Herniarum plures ſunt ſpecies, naſcuntur in hoc affectu plerumque flatus à propria partis indiſpoſitione, quorum generatio niſi hoc, aut ſimili remedio per os aſſumpto impediatur, nunquam ſanatur hernia.

Huius ſoluti croci martis gutta ſaltem in ſem-vncia decocti, vel extracti gallarum completiſſimum fit nigrum: effunde liquorem, & aqua clara elue vaſculum, hæc ablutio tibi dabit ametiſti colorem. Guttula prioris in cartam cadens, poſt ſpontaneam exſiccationem edit colores varios, vt pauonis caudam, curioſis oculis valde delectabiles.

Sanguis veneris, & martis. His periucundis experimentis olim cum non ſine fructu inſudarem, vidi digitos colore purpureo tinctos, ſicut contingit ex auro ſoluto

luto in regia aqua, perſeuerauitque tintura per aliquot dies, hanc Baſilius *ſanguinem veneris & martis* appellat, & non ſine ratione, eandem accuratè obſeruare, & tacere iubet.

Aurum aqua regia corroſum, ac in vitrioli formam coagulatum, tingit, vt dixi, digitos purpureo colore, & cum gallarum infuſione fit inſtar ſuccini flaui liquor, quo cum larga manu obline cartam, in qua poſt exſiccationem tinctura lucet vt vernix. *Aurum*

Si ergo auri, vel prænominati croci martis ſolutio, tingit æqualiter, magnam conuenientiam intrinſecè vt habeant, neceſſe eſt, coniunctis ergo his duobus per colliquationem, fit ſubiectum mirabile, ex quo Poterius ſuum pulnerem ſcil. ſulphur metallorum, vel hydroticum, vel aurum diaphoreticum, ſic placuit appellare, præparauit. Cuius actio eſt, non aluum laxare, non vires labefactare, vt Scammonea, Elaterium &c. verum incidendo, ſeparando, atque natiuum calorem adiuuando. Operatur iſtud remedium in nobis Solis inſtar crudos humores coquendo, & ſuperfluos inſenſibiliter exſiccando; ſic fluxiones om- *Poterij pului.*

nes tollit, partibus nobilioribus robur conciliat, ac demum reparat vires, feſſaque membra leuat. Videatur de hoc puluere Centur. j Poterij curationum inſignium.

Dolore, atque animi mœſtitia languentem noui virum, qui poſt cænam bina auri folia cum borraginis conſerua deglutiebat, & breui animum, & ſomnum cum alacritate, & virium robore recepit.

Priuſquam autem per os aſſumitur, oportet vt ſplendor per excandeſcentiam ab auro tollatur, niſi enim hoc fiat, non ſolum tunc negatur acido, & molli igni in ſtomacho ſedenti ingreſſus, ſed etiam ipſis ſalſ-acidis, & corroſiuis regalibus aquis.

Hanc Hippocraticæ ſcientię notitiam, & cognitionem prius addiſcere debuiſſet reformator, priuſquam in aurum, tam ludicrè, & iniquè, contra veteres ruſtico modo debacharetur.

Argentum in aqua forti ex nitro, & alumine corroſum à gallarum infuſo non mutat naturam: hac miſtura ſi liniatur carta, poſt biduum quælibet litera nigra argenteo ſplendenti filo circundata viſitur, quod ſine alcali non contingit. Hinc rarus ille intelliget,

Argentū.

quare

quare metaphoricè aurum maſculum, & argentum fœminam vocarunt veteres noſtri: gutta huius ſoluti, ſi larga manu in cartam cadit, ducit vltra argenteum filum, aliud caſtanei coloris, quaſi ſtudio ita depictum eſſet amæno ſpectaculo.

Scorpionis iſtui medetur argentum.

Scorpionis, aut cuiuſuis inſecti venenoſi morſus, aut punctura, licet in tumorem eleuata per lamellam, aut monetam argenteam ſuperligatam ſtatim cedit, vt & tumor, & ardor.

Sunt qui ante tempus deformantur canitie, cuius vitium fæmineo ſexui valdè incommodat, poſſunt autem dictum vitium cælare argento in aqua forti ſoluto ad ſatietatem, humefacta ſcil. ſcopula ſetacea, prius in aqua roſarum optima diſtillata (non diſtillata enim habens alcali, argentum præcipitat) quam denuo excute, ne humore ſit ebria, hæc ſcopula ita humefacta leuiter apprehendat ſolutionem argenti, rurſuſque excutiatur, ne gutta cadat, qua invnge capillos canos, qui non ſtatim nigreſcunt, ſed poſtridie, nihilominus die ſequente ablui debet caput lixiuio, & ſapone, ſic pulcherrima inducitur nigredo tres

menſes perdurans . Elapſo dicto tempore repetenda eſt operatio, & toties quoties neceſſitas vrget.

Cauendum eſt in operatione, ne cadat gutta liquoris in faciem, macula enim nigra inuritur vix per 4. dies delebilis. Sin autem caſu ceciderit, ſtatim perungito locum oleo quodam, hoc enim impedit pro parte ſtigma, ne valde penetrare poſſit.

Obſeruandum etiam, ne ſcopula argenteo liquore humefacta capitis cutem attingat, vrit enim & maculas nigras infert, quare tranſuerſi digiti ſpatio cutem ne tangas, liquor enim poſt ablutionem capitis paulatim vſque ad capillorum radicem ſponte ſerpit.

In fuſcum autem colorem capilli tinguntur gallis toſtis cum ſale armoniaco in aq. ſoluto in linimenti formam temperatis, perungitur vbique, & poſt horam abluitur non lixiuio, ſed ſapone.

In Fuluum pariter cum rhabarbaro eodem modo aqua ſalis armoniaci extracto. Poſtea abluendum eſt.

Stannum, & plumbũ Ex ſtanno, & plumbo in ſalis formam cum acidis redactis cum gallarum ſucco, vt & omnibus aliis alcalibus cadit niueus fundus,

id

id eſt, alcalia combibunt acidum; & metallum petit fundum immutato colore, adeoque non poſſunt dici vitriola, vt reformator exiſtimat.

Ex ſtanno, mercurio, ſulphure, & ſale armoniaco fit aureus color, qui dicitur aurum muſaicum, ſeu ſcriptorium hoc modo. Ex mercurio, & ſtanno fit amalgama, iſtud lauant cum ſale, & aqua calida in mortario lapideo cum piſtillo ligneo, donec aqua effluat clara. *Aurum ſcriptorum*

Poſtea liquefaciunt ſulphur, liquato addunt ſal armoniacum in puluerem contritum, mouent continue ſpatula ferrea, donec refrixerit, maſſam in puluerem conterunt in eodem lapideo mortario, & addunt amalgama, hanc mixturam optime mixtam ſublimant in cucurbita vitrea optime lutata nudo igne, vt cinnabaris, ori adaptatur cooperculum ferreum in medio foraminatum, quod ſtilo ferreo aperiri, & claudi pro exigentia poſſit, paulatim creſcat ignis, & vſque ad brunnitatem incandeſcat cucurbita, aliquando extrahe clauum, ſeu ſtilum, ſi fumat, perge tali calore, ſi non, obtura foramen luto, & per-

ge

ge dicto calore ſublimare. Tandem aperi vas, ſi color placet aufer ignem, ſi non, perge per mediam horam donec perfectum acquirat colorem, cooperculum ſit bene lutatum, ne ſpecies euaneſcant.

Ex ſtuo nō ſit ſal, vt turba exiſtimat. Quæ de ſtanno, & plumbo fieri poſſunt remedia ab aliis dicta, & ſcripta ſunt, ea repetere mihi nauſeæ ſunt, vnum ſaltem monendum eos, qui ſal ſaturni diſtillant in ſpiritum & oleum, exiſtimantes ex plumbo hæc prouenire, longe falli, ab aceto enim illa exoriuntur; non ſecus quam alcali tartari aceto impregnato contingere ſupra oſtendi.

Mercurius Mercurius cum acidis ſolutus, & recoagulatus, cum dicto gallarum ſucco, ſegniter flaueſcit aurum imitans, quod ab ijs notandum, quorum intereſt.

Memoraui tunc temporis Coſmopolitæ verba, Tractatu de ſulphure: *ex mercurio*, inquit, *omnia perficere poteris, qui habet in ſe ſulphur ſuum proprium bonum ſecundum magis, & minus depuratum, & decoctum à natura.* Quare alcali rari, & excellentis ope, cuius ſupra mentionem feci, mercurium mundificaui in calore ſolis ſub finem menſis Maij. Accidit

vt

vt chirurgus amicus petijt præcipitatum, quem Hartmannus in notis ad Crollium Arcanum Corallinum vocat, ſed cum huius vſum, tam intus, quam ab extra minimi ſemper faciens, ideo in promptu non habui, attamen petitori, ſatisfacere volens diſſolui prædicti purgati mercurij ſem-vnciam in nitri ſpiritu, in noua vitrea, & mundiſſima retorta. Poſt eius diſſolutionem vidi in fundo fecem nigram, vndè indignatus quaſi negligenter omnia inſpexiſſem, commoui retortam, ſed fex tardum motum oſtendebat, quare effudi liquorem, in aliam retortam, puluerem in fundo grauem ablui, & ſupra carbone cum fiſtula fuſoria (vt aiunt) in granum puriſſimi auri colliquaui. Condimentum hoc, ſapidum fore ſaltem prudentibus licet delaſſatis non dubito.

Igitur ex ſeptem metallis in acido ſolutis ferrum, & argentum cum gallarum ſucco tingunt colore nigro, imò argentum etiam ſine gallis, eiuſque nigredo apparet, tunc cum iam acidi ſpiritus euanuerint. Reliqua metalla licet ſoluta, & recoagulata vitrioli facie ludunt, vitrioli tamen actiones
non

non edunt, vt reformator exiſtimat: cauſam perpende ſi potes, eam enim ſcire iniucundum non eſt.

Vnde liquet, quod ſal volatile ſiue alcali gallarum, corticum granatorum, vel herbarum vulnerariarum non tingunt nigro colore, niſi cum ferro in minerali acido ſoluto.

Aliud notabile, quod naturalis acidus ſpiritus purus, non à quoquo acquiri, aut haberi poteſt, nam diſtillatus ex vitriolo, & vtrunque rectificatus, nunquam deſerit metalli liquamen, neque ab eo præcipitari poteſt vllo alcali vulgari modo, in his nimirum rurſus ſe veſtit nouo corpore, reditque in vitriolum, quod erat, vt ſuo loco oſtendi. Paracelſus tamen quodammodo purum laudat illum prope pagulum Veltin in Heluetia, vt ſupra dixi.

Impoſtura in Regia pharmac.

Rerum examen pertranſiui, vt Medicinæ Senatui pateſiat, quam ignoranter ſcriba calamum in veteres noſtros ſtrinxit, & quam indignè ſibi reformatoris titulum arrogauit, qui neſcit ſuum *magiſterium ſeminis Kermes* nil aliud eſſe, quam terram aluminis, quæ ex ipſis granis metu vacui acidum

occul-

occultum ſorpſit, quatenus proprium acidum in alcali tartari perdidit.

Vegetabilium mechanica inſtrumenta oſtendit in genere.

Cap. 18.

VEgetabilia omnia non minus, quam animalia habent inſtrumenta ſua vitalia, quibus vtuntur ad horum incrementum, & propagationem. In ſemine igitur tanquam ouo, vel ſtomacho dormit ſpecificum acidum cum puſillo alcali pro ſui ſuſtentatione: duæ ſcil. facultates IGNIS & AQVA, vt ait Magiſter.

Cum vero in terram proijcitur, tunc humido ſoluitur, & calido excitatur à ſomno, acidum vt igneum, incipit agere in alcali, ſeu aquam, illud Rector caloris ope informat, & ſic inuiſibiliter acidum aſſumit alcali, & alcali viciſſim ſorbet acidum, *in vtramque partem tendunt* fermenti modo: imò non ceſſant, donec curſum præfixum ad fines ſuos abſoluerint, *Spiritus ait* ſenex *alter trahit, alter protrudit* &c. *Fermenti myſterium olim ſtudio occultatū fuit.*

Humidum cuiuſcunque vegetabi-

tabilis continet acidum, & alcali, in alijs prædominatur alcali, in alijs acidum, acidum eſt notiſſimum, alcali vero hactenus paucis cognitum; quod in expreſſo vuarum dulci ſucco vt notiſſimo ad oculum nunc oſtendam, in quo primis quidem diebus RECTOR dormit, ſed paulo poſt admouet mechanica inſtrumenta, acidum incipit rodere alcali, hoc abſorbet acidum, fitque actio, & pugna vehemens, quam à feruendo fermentationem appellamus, & in illa pugna perſeuerant, donec acidum vt maſculum vicerit alcali, in illa pugna ambæ facultates ſapores ſcilicet, inſtrumenta mechanica, vel architechonica (voca vt lubet), vel etiam Archeus, calidum innatum &c. patiuntur ingentem cladem, fitque internecio vigoroſa acidi ab alcali abſorpti, & peſſundati, ac tandem fatiſcentia ambo cadunt mutuo amplexu in cadauer, (vini reſpectu) quod Tartarus appellatur. De hoc ait Baſilius, *quia ſe ſegregauit, ſequitur hinc meliorem partem in vino reliquiſſe.*

Fermentū feruendo creſcit

Tartarum hunc ex retorta ſi diſtillaueris, acidum excitatur à calore, & rurſus incipit agere in alcali,

cali,

cali, illud viciſſim in acidum, fitque noua fermentatio, ob id lentiſſimo igne agendum eſt, & licet recipiens vas vt vt ingens, & maximum, fermentationis tamen incondenſabilis odor (Gas vocat Helmont) percipitur à longè, non ſecus, quam in ipſius vini fermentatione, vicit tandem alcali acidum, illudque plane abſorbet, & ambo pro maiore parte fixantur, quorum RECTOR ſub incondenſabili odore ad ſuum chaos rediit.

Liquor, & oleum in receptaculo ſaturata ſunt alcali volatili egregij vſus per ſe à paucis tamen cogniti.

Diſtillatum hunc liquorem vnà cum oleo fætido, ſi rurſus capiti mortuo reaffuderis, tunc alcali volatile, quod liquor, & oleum continebant, abſorbetur ab acido in capite mortuo, & fixatur: quod autem rurſus tunc extillat, eſt aquæ elemento vicinius, & minoris efficaciæ, non ſecus quam ſpiritus vitrioli vulgaris ſupra ferrum diſtillatus, vt ſupra notaui. *Spiritus Tartari*

Reformator vero in ſuo inutili additamento *Mantiſſa Hermetica dicto fol.* 745. vt vbique ſic etiam hìc grauiter impingit: ait enim:

enim: *Vulgaris ſpiritus tartari, qui à ſuo relicto capite mortuo non rectificatus, nulla ratione pro puro ſpiritu tartari haberi debet.*

Ex hoc ſuo rectificato ſpiritu Tartari componit medicamentum profectò commiſerabile, quod vocat in *Mantiſſa fol.*750. *mixturam de tribus ex mineralibus ſpiritibus.*

Primo, alcali volatile in Tartaro ſaturat cum acido ſulphuris antimonij, idque vocat *ſpiritum antimonij tartariſatum*, ſi forte fortuna aliquid alcali volatilis adhuc ſupereſſet, en, quid agit? illud deinde mortificat cum aceto ex ærugine, & acido vitrioli: vnde hæc diſpendioſa, ſed artificioſa & inutilis compoſitio conſtat ex aqua elementali, & aceto: Hanc mixturam antiqui *Poſcam* nominarunt, huic reformator nil niſi fœtorem tartari addit.

Spiritus autem tartari à prudenti Hippocratico diſtillatus non eſt acidus, ſed ſub amarus, & alcali volatili ſaturatus, qui à ſpiritu vitrioli ſibi affuſo ità incaleſcit, vt lagena vix manibus contineri poſſit, euidenti argumento, quod acidum vitrioli agat, & alcali tartari abſorbeat, non ſecus quam calci

viuæ

viuæ ſi aqua affundatur, contingit, nam quemadmodum in calcis calefactione ſalia moriuntur,& in neutrum degenerant; ſic quoque de ſpiritu tartari cum acido quocunque commiſto intelligendum eſſe docet Hippocrates de dieta, *permixta alterantur*.

Redeo nunc vnde digreſſus ad chimicam id eſt ſapientiſſimam vini fermentationem, cuius NATVRÆ LABORIS (verba Hipp.) cauſa, tartarus ſe ſegregauit, atque in fundum vt cadauer cecidit. Huius vini aciditas per vniuerſum liquorem diffuſa palato, eſt admodum grata reſpectu alcali, quo cum amicitiam iniuit, acidumque temperat in ſuauiſſimum ſaporem, quare in virium reſtitutione omnibus reliquis cordialibus præfertur, atque à veneranda antiquitate ſenum lac appellatum fuit.

Tandem acidum ſicut vbique maſculi arma gerit, rurſus inſenſibilem pugnam inſtituit, paulatim alcali ſuperat,& liquor magis magiſque guſtantem linguam pungit, donec alcali plane ſuperatur, & tunc acetum communi nomine vocari cæpit.

Cuius ad 2. vel 3. vncias puri hauſtus in nauſeoſo febris acceſſu;

non ſolum per ſuperiora, & inferiora euacuat, ſed inſuper acuit oppreſſum ſtomachi fermentum, vt alcalizatum morbum vinciat, & ſuperet.

A quo per alembicum ſi ſeparatur ſubtile à ſpiſſo, acetum dicitur diſtillatum. Spiſſum vero ſeu fundus in alembico, ſi adhuc per ignem nudum concrematur, tibi dabit per elixiuiationem, & mundificationem alcali tartari purum, non ſecus quam præbet ex ipſo vino tartarus combuſtus & mundificatus, multi credere noluerunt vt impoſſibile in tanto ſcil. acido alcali ſupereſſe: eſtque id quod voluit philoſophus, *impoſſibile dari materiam, cui non ſubſit aliqua forma*. Et Hippoc. ſine arte non reperiri in natura acidum purum ſine alcali mixtum,& vice verſa. 1. de diæta, ſæpius inculcat.

Huic alcali puro ſuperadde toties acetum diſtillatum, & euoca inſipidum phlegma,donec acetum eiuſdem ſaporis diſtillando egrediatur, argumento alcali aceto ſaturatum eſſe, & nil aliud eſſe, quam tartarum vini regeneratum, cum omnes tartari actiones edat, per retortam enim diſtillatus dat oleum pingue, & aquam amaram,

ram, non ſecus, quam tartarus communis, vt ſupra cap. 10. & in clauis cap. 6. decanos edocui.

Nihilominus putatitij magnifici Domini hunc tartarum *Pro ſale eſſentiali vini ſecretiſſimo*, contra omnem veritatem, poſt poſito decore in perpetuum crimen poſteritati in proximi detrimentum laudare, ſubſcribere, & approbare non erubeſcunt. *Tartarus enim*, inquit *Baſilius*, *quia ſe ſegregauit meliorem partem in vino reliquit*. Sic quoque acetum, quo alcali tartari ſaturatur, amplius vinum dici nequit, *quia* inquit idem Baſilius *contrariam habet facultatem cum vino*, quod cuilibet pharmaceutices tyroni notiſſimum, à vino enim per diſtillationem ſeparatur ſpiritus primo, phlegma remanet in fundo: acetum autem primo dimittit phlegma, & ſpiritus vltimo aſcendit. Quare hoc ſal plures annos ante decanorum nimiam ſapientiam, foliatam tartari terram, & non ſal eſſentiale vini vocarunt ſcriptores.

Decanorũ impoſtura è Tartaro

Hunc tartarum in additamento inutili, quod mantiſſam voluñt, vltima edit. fol. 337. *Sal noſtrum eſſentiale vini*, vocant vacui., & alca-

alcalizati doctores : adduntque *è ſolo vino lege artis, nulla prorſus re peregrina adiecta paratum* : proh iupiter ! quot verba, tot mendacia. *Sal noſtrum* ! quomodo veſtrum cum Crollius ante ſæculum fere in Baſilica Chimica idem prorſus præparare docet, vocatque ſal tartari aceto imprægnatum, vtiturque in florum antimonii correctione? *neque fit ex vino*, vt oſtendi.

Et inſuper huius tartari ope promittunt *veram martis tincturam* Martigeni Scarabæi, quæ tamen ſicut præcedens cum mero aceto paratur, & ideo nihil aliud eſſe, quam terram aceto corroſam, ſic probo.

Riſum tenete amici

Accipe ergo vitrioli martis vti docent in Sole, vel leni calore in album puluerem exſiccati, & tartari regenerati (quem ante dicti Doctores approbant, & *Sal noſtrum eſſentiale vini è ſolo vino lege artis, nulla prorſus re peregrina adiecta*, credunt) ana. Tartarum hunc aceto ſaturatum, & bene exſiccatum, in mortario redüc in pulueren, cui adde vitrioli martis puluerem, hanc mixturam expande in largo fundo vitrei vaſis (quadratæ verbi gratia lagenæ) os vaſis

clau-

claude cera, ne humidus aer intret, & paucis diebus in rubicundiſſimum colorem præcipitatum videbis.

Hunc antiquiſſimum præcipitandi modum, ſcriba cum omnibus ſuis Magiſtris, & approbatoribus nunquã intellexit, vulgatiſſimus tamen eſt, & omnibus pharmaceutices diſcipulis notiſſimus in præparatione Magiſteriorum cruſtaceorum, exempli gr. coraliorum in aceto ſolutorum, in cuius claram ſolutionem inſtillant ſpiritum vitrioli, vel ſulphuris, qui cum potentiores, & nobiliores aceto ſint, illud de poſſeſſione deiiciunt, & ſibi coralia appropriant, quod ex pondere poſt exſiccationem cognoſcitur: liquor vero ſupernatans nil aliud eſt, quam vitrioli phlegma, & acetum, qnod eius diſtillatio probat.

Simili protſus modo, ait meus Hippocr. *in tinctura vera martis* imperitorum Doctorum contingit: ſpiritus enim vitrioli, qui ferrum corroſit, cum ſit potentior aceto, deiicit illũ *ex ſale noſtro eſſentiale vini*, & tartarum ſibi aſſociat vtpote facilioris molis. Aceto autem vt alteri parti, *ſalis noſtri eſſentialis vini*, nil ſupereſt, quam *Anima vnius, intrat alterius. Epit.*

G fer-

ferrum,quo cum ſe aſſociat, & ab ipſo rubeſcit, *eò quod ſoli eſſe nequeunt* :concludit Hippoc. de diæta:

En extorris ſocietatis *vera martis tinctura,cum vero illorum ſale eſſentiali vini præparata,* quam ſuis ſaltem in aurem clanculum ſuſurrant, quid ni !! montes.n.parturiunt,ſed detecta impoſtura, & larua denudata naſcitur ridiculus mus, ferrum ſcil. in aceto ſolutum fabris ferrarijs notiſſimum.

Spir. vini ex aceto.

Ex reſeruato phlegmate aceti à ſale tartari abſtracto per phiolam longi colli euoca pingue, & ſulphureum ardens aquoſum, quod vulgo aqua vitæ dicitur, viridis eſt coloris, attamen cum reliquis ſpiritibus ex vino diſtillatis in virtute concordat: vnico verbo balſamum eſt in comparabile vulnerum putridarum, aliorumque affectuum.

Spir. vini rectificatus magnæ virtutis.

Viuit ſeptuagenarius negociator aquæ vitæ, hic patiebatur plures anni iam ſunt elapſi, ingens frigus in ſiniſtro fæmore, vt punctu ras non ſentiret, frigus paulatim deſcendebat verſus genu tandem ſentire cæpit neſcio quid currere inſtar piſi rotundi, &

ilico

ilico intumuit crus,ceciditque ictu oculi in terram. Hic vnctus fuit aqua vitæ rectificatæ (quæ ad manus erat), apud ignem carbonum forti frictione aſperis linteis, vt tres vnciæ conſumerentur,die ſequente ſurrexit,& ſanus, & vegetus hodie per plateas obambulat.

Noui militem qui in obſidione Cretæ vulnus in brachio accepit, quod per incuriam ita exaſperatum erat,vt brachium deponere chirurgi inſtituerent, hic autem potius mori mallens, quam ſine brachio viuere, dolens, & gangrena tumefactum brachium perguttabat ſpiritu vini rectificati, donec tumor,& dolor ceſſaret,hodieque viuit cum brachio ſoſpes.

Quomodo autem ſpiritus vini cum colcotare fiat Apoplecticum medicamentum ſupra enarraui.

Viridis ante nominatus vini ſpiritus, redit quoque in aquam elementalem, quando aliquoties per cohobia ab alcali tartari euocatur, & tandem alcali fixum quoque in aquam ſimplicem repetita diſtillatione, totaque vini ſubſtantia in aquam, & terram elementalem,omni ſapore,& odore priuam tranſit. Sic rector paulatim à ſenſibus noſtris externis in *Spir. vini fit aqua.*

nihilum recidit, ita *vt homo non inueniat opus, quod operatus eſt Deus*: Eccleſ. c. 3. v. 11. Patet hinc, quod vuuarum ſuccus, alcali & acidum, in quibus RECTOR habitat, conſeruauit per varios caſus, multaque diſcrimina vſque ad vltimam ſui annihilationem. Hinc canit ſacer Poeta: ablato ſpiritu omnia in puluerem ſuum abeunt, & euaneſcunt Pſal. 104. v. 29.

Domine ſpiritus tuus in omnibus ſapient. cap. 12.

Sal tartari ſeparat aquam à ſpiritu vini.

Hoc addam pro corollario huius capitis: Quod ſal tartari exſiccatum ſeparat aqueam partem à ſpiritu vini, ſi in illum proijcitur: & puriſſimus euadit.

Deſertam & incultam viam explanat. Cap. 19.

QVod præcedente capitulo in vuarum ſucco oſtendi, illud ipſum de omnium vegetabilium ſuccis intelligendum eſt, omnibus ſiquidem ineſt acidum, & alcali magis, & minus, vt Hippoc. & experientia docent, ea tamen differentia, quod in illis, quæ frigida appellamus, prædominatur alcali, & non ſunt fermentabilia, niſi externo acido, aut calore excitentur: quæ vero calida dicimus,

Corruptio omnibus mutuo inter ſe eſt, maiori à minore, & minor à maiore: Hippocr, de diata.

mus,in ijs acidum præualet, & ob id facile fermenteſcunt, vt in progreſſu apparebit.

Quorundam etiam vegetabilium ſuccus eſt vicinior fixo alcali,& ideo cum acidis mineralibus coit,ſicut oſtendi in gallarum ſucco, ſemperviuo maiore, granatorum corticibus, ſemine ſumach, myrobalanis nigris, citrinis &c. quare internis eroſionibus vt dyſenterijs conducunt.

Quorundam eſt multo delicatius alcali, ea propter acida mineralia illud confeſtim abſumunt, quatenus ſunt nutritiua, & animalium digeſtioni accommodata, id enim conſiſtit in mitiori,& ſubtiliſſimo ſpirituali acido, horum cenſus ſunt pyrola, alchimilla betonica farfara &c. quæ vulneraria ob id vocari cæperunt, quorum alcali obortam iniuſtam aciditatem in ſtomacho, vt & in vulnere minuunt, inhibent, atque arcent, quia aciditas omnis extra ſtomachum noxia eſt morboſa, atque putredinis comes, quam vulgus ab effectu calorem dicit, febres enim excitat,& vulnera putrefacit. *vulneraria*

Acidum illud vt caloris, & putrefactionis initium obſeruarunt,

quamplurimi periti chirurgi in vulneratis: ea de cauſa illos prohibent vini vſu, & recte, ne ſubtilis, & vaporabilis vini aciditas malum augeat.

Dictarum herbarum vulnerariarum alcali non fit manifeſtum cum acidis mineralibus, quæ id propter adnatam gracilitatem abſumunt: ſed quoniam dicta vulneraria ſunt nutritiua, idcirco eorum alcali ſui ſimilibus nutritiuis, & mitioribus acidis ſe aſſociat.

natura gaudet ſua natura.

Vtimur enim ſale ſaturni facto cum aceto diſtillato, quia animalium digeſtioni non reluctatur, ideo propinatur in Tuſſi ſicca, in accenſis, humidiſque hipochondriacis paſſionibus &c. præparandi modum docent Tyrocinij ſcriptores, nunquam ex lytargyro parari debet, cuprum enim admiſtum habet, & ideo per os datum vomitum mouet. Externe etiam vtimur in omnibus inflammationibus cum pruritu coniunctis, vt ſerpentibus vlceribus, & ſcabiei, tam in facie, quam alibi diuerſimodè applicato, vel ſimpliciter drachma in lib. vna aquæ plantaginis ſoluta, vel etiam mixta cum oleo roſato, quantum ſcil. olei poteſt diſſolui, &c.

Sal ſaturni fieri debet ex minio.

Huius

Huius ſalis ſaturni drachma diſſoluitur in tribus vncijs circiter aquæ diſtillatæ, quæ alcali volatile non habeat (de quibus poſtea) roſmarini ſcil. lauendulæ, rutæ, vel roſarum &c. permitte vt feces ſidant; hæc ſolutio ſapore dulcis eſt, & plumbum abſconſum continet.

In hoc ſolutum ſal ſaturni, & pellucidum liquorem ſtilla ſuccum clarum dictarum herbarum vulnerariarum, & ilicò lacteſcit, argumento, quod alcali herbæ abſorbet acidum ex plumbo, quod paulatim ad vaſis fundum deſcendit.

Supra oſtendi alcali fixum ex cineribus præcipitare mercurium in acidis mineralibus per artem ſolutum.

Et alcali, vel ſuccum Gallarum, corticumque granatorũ &c. quia cinerum alcali vicinius, præcipitare vitriolum.

Sic etiam in vulneribus obbortum acidum, mitiſſimum alcali requirit, & ideo mitius examen.

Paracelſus, occultum illud herbarum alcali primus obſeruauit, qui harum gradus minutiſſime, & fortaſſe ſimili examine didicit, obſeruauitq; in vulneribus putredines *Paracelſi ſcientia Analytica corporum.*

ex acido prouenire,quas ſequebatur febrilis calor, & vulnerum corruptio, ea de cauſa primus,inquam, potiones vulnerarias præſcripſit,& fæliciter dictam aciditatem, & putredinem coercuit, vocauitque ideò eas vulnerarias herbas.

Et licet Iohannes Tagaultius Gallus, & Gabriel Fallopius Italus Medici clariſſimi, & Chirurgi excellentiſſimi in vulnerum curatione potiones vulnerarias damnent,& explodere conentur, afferentes eas ſuo calore ſanguinem in corpore inflammare, extenuare,eiuſque eruptionem è vulnere excitare.

Tamen cum ſimplicia vulneraria non cuilibet chirurgo nota, & ſine diſtinctione, & alcali gradus cognitione præſcribantur (omnibus enim adire Corinthum non contingit) experientia etiam dictæ potiones comprobatæ ſint, quibus Paracelſus etiam pulmonum vlcera fæliciter ſanauit, vt historiæ teſtantur, non minus & hæcticas febres(vt nos quoque experti ſumus, vt poſtea dicetur) oriundas ex vniuerſali, & ſolidarum partium inepta aciditate,vnico verbo caloris nomine appellata,

pedis vel femoris, vlcera,& vulnera ſanantur potionibus,pulmonum vulnera queque, vlcera verò non. ratio dicetur alibi.

ta, quam dicta alcalia longe promtius lacte abſumunt, & abſorbent, vt ſuo loco oſtendi, & ipſa ſanatio docet, nos ideò potiones vulnerarias, in curatione vulnerum merito retinebimus, & vſurpabimus.

Aciditatem eſſe caloris, & doloris cauſam obſeruarunt cum chirurgis quamplurimi emunctiores medici. Cruſtaceaque omnia, magis, & minus promptè vel tardè iuxta proprietatem acida combibere, & abſumere. Et eſt ratio, quare cornu Cerui vſtū à ſem-vncia ad integram in aquis refrigerantibus felici cum ſucceſſu febricitantibus propinatur. Nam ſicut cornu Cerui reliquaque cruſtacea ex aceto abſorbent, & combibunt acidum volatilem ſalem, ſic aciditatem in febribus tollere, & abſumere non ſine magno animi gaudio animaduerterunt: *nam ſimili prorſus modo operatur hominis natura*, concludit ſummus Hippoc. de diæta.

Specificum morborum acidum, quia à priore demonſtrabile nō eſt, ideo ab effectu ſaltem cognoſcitur. Vide cap. 21.

Præter vulneraria ſunt, & occultiora, & volatiliora alcalia in vegetabilibus, quæ refrigerantia nominamus, vt lactuca, portulaca, farfara, intyborum genera, quorum alcali valde eſt fugitiuum, &

occulta alcalia.

reperitur ſolum in earum ſuccis, & aquis diſtillatis, vnde elicitur: huiuſmodi herbas exſiccatas nullius eſſe valoris, quia earum alcali expirauit.

aqua refrigerantes alcali continent.

Sic & aqua diſtillata ex ranarum ſpermate (totum ſperma ſi patientia vteris ex balneo eleuatur in puram aquam relictis granulis nigris, & aridis, quæ non ſunt reiicienda) abundat occulto volatili alcali, quo plumbum ex dicta ſolutione ilico præcipitat, imò promptius, & copioſius, quam vlla aqua alia refrigerans, quare magni eſt æſtimanda in plurimis affectibus calidis ſic dictis ex peculiari acido obortis: deſperatam vteri hæmorrhagiam feliciter huius aquæ potu ſanatam noui, quatenus appropriatam aciditatem ſanguinis primo abſorbet, poſtea inhibet, & arcet.

ſpermatis ranarum aqua.

Hæc etiam aqua parti podagra dolenti applicata, miro modo placando auxiliatur, quatenus aciditatem attrahit, mortificat, & alterat. Cum vero dolor vehementior ſentitur, tunc aciditas eſt in maiori copia, & vigore, ideoque alcali mortificante manifeſtiore opus eſt, vt tractatu de podagra mechanice oſtendam.

Vn-

Vnde erudimini, podagrici doloris cauſam non ex catarrho deſcendente, ſed ex acido prouenire, *ſi alias à iuuantibus, & nocentibus ſumenda ſit principalis indicatio*, vt Auicenna docet.

Quare hanc aquam antiquiſſimæ Hippocraticæ medicinæ interpretes ſemper in maxima veneratione habent, & habuerunt Crollius, Sennertus, Sala, Tentſelius, Hartmannus, Riuerius, atque alii quamplurimi celeberrimi doctiſſimi viri, & maximæ famæ practici, qui tamen omnes nequitiæ titulo aſperguntur à deſide, & ignaua decanorum turba, quaſi hæc aqua catarrhum (vt aiunt) qui ad articulos defluxit, repelleret.

Sed cum valida, & manifeſta ratio in promptu ſit, hanc ſc. aquã catarrhum, ſi quis eſt, non turbare, ſed acidum podagricum magno ægrotorum ſolamine mortificare, & tranſmutare præter experientiam rationem confirmantem, ſubſcribit clariſſimorum virorum auctoritas, ideò contumelioſum nequitiæ titulum, quo Auſtriaca, & Norica decanorum ſocietas aſpergit prænominatos nobiliſſimos Medicinæ profeſſores, ad ortum remittimus.

At non ſolum aquæ ex refrigerantibus herbis diſtillatæ alcali occultum continent, ſed etiam aqua communis, putealis, vel fluminis, cuius ratione nutrit animalia plantaſque omnes. *Aqua ſimplex nutrit, & in aqua eſt magnum ſecretum*, ait Hermes. Nutrire autem non poteſt aqua, niſi habeat alcali nutritiuum, quod probat Hipp. mechanicè 1. lib. de diæta; his verbis.

Aqua nutrit.

Ferrum, inquit, *ignitum, & in aqua extinctum acquirit robur*. Ferrum enim habet nimium volatilis acidi, quo ſponte in ſcoriam, & ferruginem abit, cum vero acidum ferri ab alcali aquæ combibitur, tunc magis reſiſtit.

Ferrum acidum.

Sic fabri cultrarii, & gladiorum perungunt opus cornuum raſura, cum illa candefaciunt laminas in igne, donec raſura colliqueſcat, & alcali ferro communicetur, fitque ideò robuſtius. Hæc eſt cauſa, vt tranſeuntes iuxta eorum officinas, nonnunquam cornuum vſtorum fœtorem percipiant.

Aqua alcali continet.

Facile autem probatur ineſſe aquæ communi alcali occultum per ſupradictam ſalis ſaturni ſolutionem, quæ ab aquæ inſtillatione ilicò lacteſcit, argumento, quod

alcali aceto (quo plumbum ſolutum erat) iungitur, plumbumque deſeritur.

Simili prorſus modo contingit argento in aqua forti ſoluto, nam addita aqua communi ſtatim lacteſcit, cum vero eadem aqua diſtillata fuerit, argenti ſolutionem amplius non turbat: argumento, alcali per diſtillationem iam ſeparatum eſſe.

Qua de cauſa Iohan Baptiſta Porta *lib. 5. magiæ naturalis cap. 5.* iubet aquam bis, vel ter diſtillari pro arbore ex argento, & mercurio, quam vulgus ſat ineptè philoſophorum appellat. Quare etiam diſtillatæ aquæ ex cephalicis ſic dictis, neque argentum, neque plumbum ex ſupra nominata ſolutione præcipitant, quas dixi etiam in ſuccis alcali non continere.

Adeoque illa ſolum aqua ex refrigerantibus diſtillata, & communis non diſtillata continent alcali volatile, huiuſque ratione aqua nutriat neceſſe eſt. Hinc *Lactantius lib. 1. cap. 1. à qua ſunt omnia.* Quod ante Hippoc. Thales Mileſius fortaſſis antiquiſſima hac arte etiam cognouit teſte Laertio in Talete. Sic Hermes antiquiſ-

tiquiſſimus: *Aqua*, inquit, *eſt ſuſceptibilis nutrimenti in hominibus, & alijs: & ſine aqua non operatur natura.*

Quoniam de aquis refrigerantibus eſt ſermo, non prætereundus abuſus aquæ roſarum, quam refrigerare vniuerſaliter dicunt, quæ tamen opinio hac mechanica reprobatur.

Venetijs hęc, vt & omnes ferè aquæ, diſtillantur ex cupreo inſtrumento (nonnunquam ſtanno intus oblinito, quandoque ob vetuſtatem ſtannum eſt conſumptum) hanc aquam propinant pueris, quia vermes enecat, & expellit, nonnunquam etiam vomitum mouet, hanc operationem, & virtutem aquæ roſarum vulgus adſcribit.

Aqua roſarum non eſt frigida niſi per plumbea vaſa ſit diſtillata.

At aqua roſarum non eſt frigidæ naturæ planè, ſed temperatæ, habet enim occultam, & inſenſibilem aciditatem inſeparabilem, qua nunquam deſtituitur vſque ad ſui annihilationem: cum ergo per cupreum alembicum fluit, occulta eius aciditas abradit de cupro quaſdam atomos, quæ inuiſibiliter aquæ commiſcentur: visne videre cuprum? Stilla in portiunculam huius aquæ vnam vel alte-

ram guttam alcali vrinæ, & ilico tota aqua virideſcit, eo quod ſubtiliſſima aciditas aquæ auidius arripit ſubtiliſſimum alcali ſibi magis ſimile, quam metallum, quod ideo paulatim in viridem fundum cadit, & aqua à cupro ſeparata vomitum amplius non mouet, neque vermes necat, eritque ſimilis illi, quæ per vitrea vaſa diſtillatur. Fundum autem viridem exſicca, atque liqua cum borrace, redibitque in cuprum.

Non ſolum autem herbæ vulnerariæ, & refrigerantes habent occultum alcali nutritiuum, ſed etiam olera omnia, ob id expetuntur à ſtomachi acido excedente; Eſtque hoc alcali cauſa, quà raro inebriantur, qui ante ſtrenuam potationem braſſicam coctam comedunt, alcali enim harum herbarum ſicut temperat acidum vini inebriatiuum in ſtomacho, ita etiam acidum vulneribus obortum abſorbet, & abſumit.

Olera omnia alcali volatile continent: acida errãtia abſorbent: nutribus lac generant. Acida enim lactis impedimento ſunt.

Quare autem quædam ſimplicia, vt millefolij ſuccus Hæmorrhoidibus, Fumariæ ictero, Bruſci vrinæ, Guaiacum lui venereæ, aliaque quanplurima alijs ſpecialiter conferant, vt & in quo conſiſtat purgantium facultas, ea nunc

pecifica media.

hic

hîc enarrare nimis operoſum eſſet, lampada tradidiſſe ſat eſt; hoc ſcripto ſaltem occulta hactenus ſalia manifeſtare invita minerua coacti ſumus.

Obiectio: Suſurrones hîc audio, eò quòd per plumbum ſolutum vegetabilium alcalia volatilia demonſtrare contendam, cum etiam ſalſa quæque plumbum ex hac ſolutione præcipitent (id nimirum eſt, quod integro capitulo antea confeſſi ſumus) hac tamen cum differentia, quod plumbum cum ſale deiectum cadit pulueris forma, clarum ſupernatans diſtilla, & habebis acetum, quod plumbum ſolutum tenebat, cadit autem ex aceto, quia ſal aceto affinius, & leuius pondere, quam plumbum.

Solutio. Sed miſce alcali herbarum, vel potius ſtilla ſuccum dictarum herbarum in illud ſolutum plumbi, & videbis plumbum non præcipitanter cadere pulueris forma, ſed fieri inſtar pultis: diſtilla autem ſupernatantem liquorem, qui tibi non acetum, ſed aquam inſipidam dabit: manifeſto argumento, quod herbarum alcali aciditatem abſorpſit.

Quantum luminis Hippocratica hæc doctrina addat medico,

tam in componendis medicamentis, ne vnum alteri obſit (imò ſimplicium virtus miro modo. Hac ſcientia exaltari poſſit) quam etiam in morbis ſanandis, iudicent illi, qui ſapores diſtinguere, & modeſtè inuertere norunt, quod adhuc vnico vrticæ exemplo oſtendere ſatis erit.

Hæc recens, & madida vrit, & veſicat, ſiccata adſtringit, & ſanguinem ſiſtit. Succus eiuſdem coagulatur in ſoluto plumbo in offam nigram, quæ rurſus in alcali fixo confeſtim diluitur in obſcurum penetrabilem tamen colorem: inde diſcitur vrticā arefactā, & coctā in lixiuio alcalizato (dulci tamen, ſicut fæminæ dicunt) canitiem impedire, ſi quoquo die capilli cum eo pectantur. Succus cum vitriolo in grumos concreſcit flaueſcentes, qui cum ſpiritu eiuſdem vitrioli iterum diſſoluuntur in pellucidum liquorem. *Vrtica analyſis.*

Huiuſmodi examen, aut non valde diſſimile forſan inſtituit Salomon *ſapient. libro cap. 7. v. 21.* inquiens, *abſcanſa virtutes radicum*, *& virgultorum differentias didici à Sapiētia omnium artifice.* Sic edoctus *diſputauit à cedro libani, vſque ad hyſſopum, quæ de*

pa-

pariete egreditur 3. *Reg.* 4. *v.* 33. Non enim eſt credibile, quod vir grauis, & in omni ſcientia illuminatus verba funderet de qualitatibus, & gradibus imaginarijs, quos lingua metiri promittunt noſtri Botanici, hæ inquam dici non poſſunt abſconſæ virtutes.

Hoc eſt, quod voluit Arnaldus de Villa noua licet ob alias cauſas eius opera correctione indigeant *in aphor. vbi in promptu habentur ſimplicia*, inquit, *dolum eſſe, ſi quis compoſitis vtatur*.

Spiritualis plantarum repræſentatio. Cap. 20.

EX dictis, & oſtenſis emergit fundamentum, quo procedere debeat plantarum ſpiritualis repræſentatio, de qua Quercetanus in libello contra Anonymum *cap.* 23. ſe enim vidiſſe ait apud *Medicum quendam Cracouienſem, qui adeo eleganter cineres cuiuſuis plantæ apparare norat, earumque ſpiritus omnium facultatum autores exactiſſime conſeruare, quarum ſupra triginta vaſculis diuerſis vitreis. hermetico ſigillo obſignatis habebat, vt ſiquis rogaret ſibi roſam, aut calendulam de-*

mon-

monſtrare, tunc cinerem illius cum vaſculo, cuius ſpeciem eſſet editurus, vaſculo roſæ titulo inſignito, vaſis fundum lucernæ admouit, vt aliquantulum intepeſceret, tunc tenuiſſimus ac impalpabilis ille cinis ex ſe apertam roſæ ſpeciem emittebat, quam ſenſim creſcere, vegetari, ac formam penitus totius roſæ floridæ vmbram, ac figuram exprimere videbat. Hæc autem vmbratilis figura, vaſe ab igne remoto, rurſus in ſuos cineres relabebatur: Hoc arcanum ſummo ſtudio perquiſiui, nunquam tamen aſſequi potui. Hæc ille.

Vulgus cremat per ignẽ, Hippocraticus per aquam

Hippocratico Philoſopho hæc plantarum ſpiritualis reſuſcitatio non vſque adeo difficilis videtur, præſertim quando non violento, ſed molli igne procedit, naturam imitando vt magiſter docet. Modum curioſis hic apponam, quem tamen hactenus experientia nondum confirmare potui, propter huius loci incommoditatem.

Oſtendi ex Hippocrate ad oculum ACIDVM, & ALCALI antiquiſſima naturæ principia omnibus ſublunaribus ineſſe, hæc cum artificis manu non deſtructa iaceant, ſed ſolius naturæ regimini ſubijciantur, tunc iſtud ſubie-

ctum

ctum creſcit, & vegetatur, vt teſtatur abiectiſſimus ſilex, de quo ſuo loco dixi. Hoc ergo ſi creſcit, & vegetatur, neceſſe eſt vt acidum, & alcali habeant quoddam, quod operationes ad ſuos fines dirigat.

Iſtud autem eſt quod Magiſter lib. de carnibus immortale pronunciat, & cuncta intelligere &c. & de diæta animam vocat, ſuo (igni ideſt) acido ſpiritui inſeparabiliter vſque ad ſui annihilationem iunctam, imo ſpiritum eſſe vehiculum animæ, atque vinculum, cuius beneficio corpori coniuugitur, & alligatur.

Naturam in omni re ſimilem docuerunt: Hermes, Pytagoras &c. poſteaque Hippocrat.

Illud immortale vel diuinum Hippocratis, Rectorem alibi vocaui, tu voca, vt lubet, modo rem percipiamus, nam de verbis nemini litem mouebo. Hos tres Hermes antiquiſſimus Philoſophus vocauit corpus, ſpiritum, & animam, & hæc tria neceſſe eſt vt lateant vnita in terreno illo corpore, quod figuram ſeminis nobis repręſentat.

Huius ſeminis ex. gr. papaueris flore pleni colligatur libra ſemis cœlo ſereno, quod temperato loco conſeruari debet in futurum ver: tunc veſperi obſeruanda cœli claritas, quæ promittit ſerenam

no-

noctem, qua ſemen exponendum eſt larga vitrea eleuata crepidine tabula, ne decidere poſſit, & locanda in pratum, aut hortum variorum florum, & herbarum feracem (niſi enim terra fuerit fertilis, ſterilem colliges rorem) mane ante ſolis ortum rore madidum ſemen curioſè de tabula vitrea demere, & in phiolam huic rei aptam oſculo cera bene obſignato ſeruare debes, ne ros expiret, ſed à ſemine combibatur, ros enim adeo leuis eſt à ſpiritibus (quos occulte acidos, & volatiles in cap. ſequenti imo occultum vitæ cibum, vt Coſmopolitæ verbis vtar, oſtendam) in aere imprægnatus, vt cum incluſus in oui teſta fuerit, & appoſitus haſtæ obliquè poſitæ, tunc ouū à Solis calore eleuatur ad ſummitatem haſtæ, vt docet Hildebrandus in Magia naturali.

Vaſcula fuerunt ait Querceт.

Deinde rurſus ſerena nocte tabulam cum ſeminibus exponere debes in dicto prato, vt rorem ſemina hauriant, quæ iterum ante ſolis ortum in phiolam dictam obſignabis, ne fugiat ros, ſic ſemina paulatim à rore hauſto turgere incipient, acidum, & alcali à rore, & ſuperum influxu vires acquirere, rectore dirigente, ſic expoſitio

& re-

& repoſitio tamdiu repetantur, donec germinationis, & vitalitatis ſigna edant.

Interim dum hæc fiunt, oportet in eodem prato cum mundis linteis ſupra ligneis baculis expanſis, rorem colligere, & in vaſe vitreo optime clauſo cuſtodire, qui, dum quieſcit, deponit ſuas feces (à pulviſculo per aera volitante) huius puri roris tantum ſuperfunde ſeminibus, vt digitum tranſuerſum plus minus ferè ſupereminеat, & ſic colloca in balneum vaporoſum. Raimundus enim in Teſtamento docet *cap.* 24. *illud quod facit Natura, Solis, & ſtellarum calore, hoc idem facit ars per calorem ignis, dum taliter temperetur, vt non ſuperet virtutem motiuam, & informatiuam, quæ eſt in materia influxa deſuper*. Quare ignis admodum caute regendus, nam, inquit Turba: ſi *compoſitum, pluſquam oportet, regatur, lumen eius à pelago deſumptum extinguitur*.

Priuſquam vero in balneum collocetur, claude phiolæ oſculum liquato cum ſulphure, acidum & alcali, humido & calido, fota tunc inuicem agere incipiunt, liberabunturque à terreo ſeminis

cor-

corpore; quo includuntur, & dierum curriculo hæc naturalis compoſitio in ſummitate viridеſcet, ſicut aquis ſtagnantibus per ambientem æſtatis calorem, & in vmbra latentibus contingit: ſub viridi iſta pelle perficitur tunc vnio facultatum, quas & volatiles, & vnà cum rectore ab acido inſeparabiles (per ſe mori neſcientes ait Hipp de diæta) oſtendi, quam vnionem confermentationem appellare licet.

Domicilium, ſeu ſeminis corpus, mortua ſubſtantia erit, quæ viriditatem, ideſt fermentationis bullas cum liquore ſuperfluo in ſe, dierum curſu abſorbet (vt videmus in ſtagnis viride eſfloreſcentibus), vertiturque paulatim in puluerem ſubtiliſſimum cineri ſimilem, poſtquam maturitatem acquiſiuit.

Hoc vaſculum cum intepuerit, vt vidit Quercetanus ſine dubio roris leuitas confermentata cum rectore, & facultatibus ſeminum eleuabit papaueris iconem.

Vaſis oſculum ſi vitro colliquatum fuerit nunquam peritum iri exiſtimo: & ſi fortaſſe practica de verbo ad verbum ſpeculationem non ſequatur, ob id requiro ſoler-

tem,

Hali nitrũ fit ab exhalatione putrida vrina, & varijs ſibi cõmixtis.

tem, & ingenioſum experimentatorem. Hactenus vt dixi mihi periculum faciendi locus commodus Venetijs non eſt, neque erit, propter defectum fœcundi, & puritoris qui turbatur ab hali-nitro indefinenter hic ſpirante, vt muri omnium ædium teſtantur; ros enim ipſe perpetuo halinitro commiſtus infectus recidit.

Homunculus. Paracelſi.

Huiuſmodi ſpiritualis rerum regeneratio à Paracelſo in naturali Hippocratica doctrina illuminato ſub *Homunculi* generatione occultata fuit. Nam *ſpiritus rerum, ſophorum Homunculus eſt*, *ait Conrad. in Amphit. fol.* 211. quem Senertus *de conſenſ. & diſcenſ. cap.* 4. vt & alij medicinæ ſatrapæ huius doctrinæ ignari ſecundum literam intellexerunt, atque virum vt impium blaſphemarunt, & in exilium proſcripſerunt.

Addo, quod in vniuerſa philoſophantium ſchola etiam magno cum labore nihil reperiatur, quod myſterium reſurrectionis clarius nobis ad oculum demonſtrare poſſit, quam naturæ propria inſtrumenta ab Hippocratico à quiſquilijs mundata, rurſuſque reconiuncta, reunita, & regenerara;

ſi my.

ſi myſterium per huiuſmodi naturalia demonſtrabile eſſet.

Dicta in ſummam contrahit.
Cap. 21.

ALcali & acidum volatile in vegetabilium familia per ignem concremantur in ſal fixum, vel in plane alcalizatum. Modum quidem verbis magnificis promittit reformator in *Mantiſſa Hermetica fol.* 788. nullibi tamen reperibilem.

Interim vituperat ſalia, quorum cineres cũ ſulphure comburũtur, reprehenditque Hartmanuum *in appendice fol.* 101. vt *peſſimum ſcriptorem, nilque ineptius doceri,* inquit, *quam ſalia alcalia acidis miſcere.* (quaſi ipſe non docuiſſet alcali viperinum cum acido ſpiritu ſalis miſcere: vt etiam ſpiritum vitrioli cum ſale abſinthij alcalizato ſub titulo *ſpiritus vitrioli coagulatus in mantiſſa fol.* 788., & rurſus *fol.* 100. *in Appendice* ſummis laudibus iterum extollit huiuſmodi mixta ſalia) & paulo poſt iterum admittit cineres cum ſulphure calcinari. Inſcius ſub incertitudine domina, quid eligendum?

Sciendum eſt, nullum vegetabile habere ſal fixum, cuiuſcunque ſit generis, niſi comburatur actuali igne, ità vt acidum vrendo in alcali, & viciſſim alcali in acidum agere, & apprehendere queat, vt in vini ſucco, & eius tartaro oſtendi. Teſtis mihi erit lignum putridum, licet hoc ſummo ſtudio in cineres redegeris quocunq; igne, ſal tamen exinde non elicies, acidum enim, & alcali ambo volatilia ab aere ſunt abſumpta, & nil niſi cadauer inutile reliquere: ſin vero comburantur ante putrefactionem, tunc habebis intentũ.

Aer volatizat.

Principale ſtudium, & labor itaque erit in hoc opere, vt herbæ ſint recentes, & minime flaccidæ, tunc nimirum concremandæ, innata humiditas cum bullit, ſoluit acidum, & alcali, quæ ſoluta agunt in inuicem, vnum apprehendit aliud, & ambo fixantur iuxta concreti proprietatem, pars autem quæ cum flamma effugit, & ab acido non arripitur in tetram fuliginem coagulatur, & camini ſpiramento adhæret, ex qua facili methodo volatile alcali elicies, nunquam autem ſal fixum.

Fuliginis generatio.

Quomodo autem fuligo per diſtillationem in volatile alcali redu-

reducatur, quod per os aſſumpui acidos vapores in melancholicis, & vterinis affectibus animalem ſpiritum in ſuis cellulis perturbantes ilicò refrænat, docet Keslerus Hartmannus, & alij.

Fermentatio quid ſi

Vegetabilium concremationis actus fermentatio vocari meretur; tranſmutantur nimirum ambo principia naturæ in vnum artificiale, vt in ſaponaria, & vitraria arte rudibus exemplis ſupra oſtendi. *Simili prorſus modo, ait Magiſter de diata, operatur hominis natura* &c.

Sal abſinthij.

Exemplum ſit abſinthium viride, iſtud viride ſub camino, vel loco aperto accenditur, flamma impedienda eſt ſummo ſtudio, ſatiſq; erit in cineres conuerti, qui poſt concremationem in larga olla terrea, & humili, vel ſupra ferrea elatæ oræ tabula, vel lamina, accenſis ſubtus carbonibus in fornacula venti, vt portula claudi, & aperiri pro neceſſitate queat, ſpatula ferrea ſemper mouendi ſunt, donec optimè albeſcant, quos ſacco lineo acuminato, vel ſi pauci ſunt cartæ acuminatæ impone, & aquam communem perfunde, quæ indè tranſcurrens ſale prægnans, lixiuium vocatur.

Hoc percolatum lixiuium in ſartagine ferrea (non vncta in culina) celeri ebullitione coagula, & conſtringe in maſſam, & quando inſtar mellis ſpiſſeſcit, aſſidue ſpatula moueto, & exſiccabitur in puluerem griſeum, quem ſtatim ollæ non vitreatæ, ſuper fornacula venti, clauſo oſtiolo, impone, ac obrue carbonibus minutis, vt ſenſim incaleſcat ſal ad brunnitatem vſque, non autem liqueſcat, refrigerata olla, proijce ſal in vitreum vas, vt ſufficienti aqua diſſoluatur, moue baculo ligneo aliquoties, & ſolutum quieſcere permitte 2., vel 3. dies: clarum liquorem à fæcibus ſine vehementi motione effunde, & in plumbeo, vel vitreo vaſe in arena poſito aquam exhalare ſine bullis permitte, donec ſalina cuticula ſupercreſcat.

Sint ſalis vncia 4. aqua libra circiter, ſic optimè depoſitio fit

Tunc remoueto vaſculum, & ſequenti mane collige ſplendentia grana ſalis, quæ aqua limpida celeri motu abluenda, & exſiccanda ſunt.

Remanens lixiuium iterum arenæ impone, vt aqua exhalet vt pridem ad cuticulam: ambo hæc ſalia coniunctim in vno vaſculo vitreo ſunt aſſeruanda, quæ dicto modo parata referunt ſui concreti craſin.

VI-

Vltimo hoc lixiuio vrinacei ſaporis, & fætulenti odoris vtuntur plurimi pro pedum lotione contra podagræ dolores, quod acidum morboſum trahat optimo ſucceſſu: alij pro vitris abluendis reſeruant.

Hæc eſt facilis, & naturalis ratio parandi vegetabilium ſalia, quæ nunquam liqueſcunt per ſe, neque ingrati ſunt ſaporis. Libra huius cineris fundet fere vncias quatuor ſalis puriſſimi, ſed aridarum herbarum cinerum lib quatuor vix dabunt ſalis vnciam. Vbi igitur obſeruandum, quod ſucculentæ, vt cochlearia, ſumaria &c. in candente furno bene obturato incinerari debent, vt & fabaria, ſeu craſſula: huius ſuccus recens expreſſus confeſtim ſanat ſerpigines in facie obortas.

Alcalia fiunt ex vegetabilium incineratione ſimili modo, quorum tamen quædam facile in liquorem vertuntur; eò quod vacua ſint, ob id ex aere, quo ineſt occultus vitæ cibus, exſatiari optant, vt ſupra oculariter oſtendi, quare eiuſmodi non coagulantur niſi calore ignis aut ſolis: quadrat hìc *Coſmopolitæ ſententia tract. 5. Congelatur omnis aqua (alcali)*

calore, ſi eſt ſine ſpiritu: congelatur frigore, ſi habet ſpiritum (acidum) & licet de nobiliore coagulatione loquatur, natura tamen in omni re ſimiliter operatur Pytag. ſententia.

Reformator cineres coquendos & lixiuium inſpiſſandum ad ſiccitatem, & poſtea fuſionis igni ſine diſcretione committendum, docet *Mantiſſa fol.* 789. ſic loco ſalis vegetabilis, ſemper inane, & cauſticum alcali euadit: ſal enim abſinthij fundamentali ſuo puncto eſt ex acido ſalſum, & non planè in igne conſtans, vt oſtendi; ſin vero fuſionem patiatur, tunc agunt in inuicem ambæ facultates, & in alcali fixantur, ſicut omnibus arte paratis ſalibus contingit.

Ignis profeſſor publicus. Igitur ex ſolo ignis regimine alterantur res, mutant nomen, virtutem, & efficaciam. Et hæc eſt cauſa, quòd vires ſalium ab ignaro præparatorum nunquam ſint æquales, quando nimirum alcalizantur, laudantur ab imperito (ex. gr. ſal abſinthij) in colica profuiſſe (quæ tunc ex acido erat, quod alcali combiberat) cum vero ex acido ſalſum, & ſuo modo volatile à perito præparatur, vt oſtendi, ſtomacho, & pertinaci oppilationi pro-

prodeſt: eſtque baſis pro cacthectico puluere Quercetani. cauſam erroris, humoribus noxijs adſcribunt.

Abſinthij ſalis ſcrupulum diſſoluunt in media vncia aquæ eiuſdem, cui addunt ſem vnciam olei recentis amygd. dulcium, conquaſſant in vitreo vaſculo, vt lactis colorem referat, hunc potum non inutiliter pueris contra vermes propinant.

Sic multa fiunt fixa, ſi debito calore, & iuxta ſubiecti perpeſſionem, & ſuis requiſitis tractentur, quæ alias eſſent volatilia, alium nimirum calorem, & inſtrumenta requirit ſanguinis fixatio: aliud ingenium, quando nitrum, & arſenicum fixantur: aliud, quando totum nitrum in ſpiritum conuertitur: alia requiſita, quando antimonium, & ſulphur fixantur, ſic etiam alia eſt operatio ſalium, quæ priuſquam fixantur, omnia ſunt volatilia, vt in ligno putrido oſtendi.

Omnia ipſis fiunt per diuinā neceſſitatē. Hipp. de diata

Hæc eſt ratio, quare ligna, ex quibus componunt naues bellicas Veneti ſapientiſſimi, & prudentiſſimi Patres aquis ſubmergi in ornatiſſimo, ac inſtructiſſimo armamentario verè mundi mira-

Veneti ingenioſi

culo iubeant recentia per plures annos, ne ſcil. aer illa penetret, fiantque ſub aquis adeò conſtantia, & fixa, vt ſaxa æmulentur.

Sin vero in aere flacceſcere incipiant, priuſquam ſubmergantur, debent prius modeſtè aduri, vt acidum, & alcali in inuicem colliquentur, & quaſi incruſtentur, ſic per ſæcula non corrumpuntur, neque putreſcunt. Sic incruſtantur pali, qui in terram defiguntur pro fundamentis magnificorum ædificiorum, ne marceſcant.

Hortulani in vicinis inſulis in cineres reducunt herbas in aere arefactas, venduntque cineres pharmacopolis ſub bona fide, qui cum parum, aut nihil ſalis exinde eliciant reprehendunt horticultores, quod ſc. cineres nullius vtilitatis fuerint! reſpondent, quod inter tranſportandum, à cineribus aqua marina ſal abſtulerit, facile id credunt plurimi aliam cauſam ignorantes.

Cum autem vegetabilium recentium cineres acri flamma colliquantur, tunc ſane in ignea ebullitione acidum, & alcali ſeinuicem apprehendunt, vt fit in Lituania, Scandia, & Muſcouia, & fixantur in ſaponaria, vel vitrifi-

can-

cantia, *vt Zoar ſuper Exodum* notauit: non ſecus, quam reformator ſal abſinthii per colliquationem facultatum ruſtico modo (*in Mantiſſa fol.* 789. Medicinæ inutili) vitrificare docet, huiuſmodi tamen alcalizatum ſal abſinthio, & concretis, priuſquam à plebeo tractabantur, non infuit, vt oſtendi.

Sin verò alcalia ex mere cephalicis ſunt præparata, & cum propriis oleis diſtillatis iuſta proportione, debito requiſito tempore, artificioſa, occultaque circulatione, idoneo vaſe coquantur, dant ens mirabile. Sic oleum cinnamomi abſorptum proprio alcali (veſtibus ſcilicet ſpoliatũ) efficit in paralifi, ſimilibuſque morbis, quantum de illo ſperatur. Oleum Tartari volatile, & pingue cum proprio alcali iuſta proportione ſpiſceſcit, vt ſapo.

Hoc exemplum de tartaro cum reformator olim oretenus per modum informationis à me audiuiſſet, ſtatim coxit alcali viperinum cum oleo tartari diuerſæ naturæ ruſtico more, imo minore cum obſeruatione: coctione enim in phiola longi colli cum alcali ſaponis conſiſtentiam acquiſiuit: hic tamen amicam informatio-

nem mihi vitio vertit in admodum longa epiſtola ſcribillans.

O'eum tartari quod affũdere iuſſiſti, piceam omninò naturam induit, eaque eſt ſpiſſitudine, dum refrixit, vt ſcindi poſſit, ita animaduerto, me penitus deceptum eſſe: verum quidem eſt, me ſæpius ex ore domin. veſtra audiuiſſe, quod huius ſalis præparatio ingens lumẽ in Chimia præbeat &c.

Qui emũtn & ſi ruſtici ſunt mirũ in modum venuſti euadunt.

Debuerat oppidò, ſi tantum in cerebello habuiſſet ſalis, vt huius inſpiſſationis neceſſariam cauſam perquiſiuiſſet, ſed ſtatim illud, quod ignorat, *fucum, & impoſturam fol.487. eſſe*, declamat. Quemadmodum autem animaduertit huius inſpiſſationis cauſam vulgo, & ſaponem conficientibus notiſſimam, ſic etiam animaduertit, quæ reformare ſomniat.

Arrige ergo aures, omne oleũ, vt & pinguedines occultum habere acidum, in quod agunt alcalia, illudque abſumunt, alias nunquam ſapo fieret: oleum enim diſtillatum oliuarum, rodit, ſoluitq; argentum inſenſibiliter, cum illi iniectum per breue tempus fuerit, quod niſi aciditas illi ineſſet, non contingeret: remanens ſpiſſum, ferrum à rubigine melius

Oleum laterinum eſt acidum, & calefacit.

præ-

præſeruat, quatenus per diſtillationem præfatum acidum eſt ablatum: vertiturque tandem acuto igne in carbonem alcalizatum, quod probatur affuſione acidi cuiuſdam. Et eſt ratio, quare armamentarii vrbis nobiliſſimæ præfecti, priuſquam arma perungenda curent, oleum ad medietatem ferè leni igne euaporare ſinunt.

Oleum oliuarum ſpiſſum, alcali refert

Sic vulgus in acerbis doloribus (plerumque ex acidis) expetit oleo inungi, quod ardet coram imaginibus, idque dolorem mitigat, hanc gratiam ſuperſtitioſi Græciæ populi attribuunt imagini, antè quam ardet lampas. Cauſa tamen eſt, quod illud ſpiſſum in lampade per flammam amiſit ſubtiliorem acidam partem: ſpiſſum remanens non facile ardet, quia ſubtili acido eſt euacuatum, quare impatiens inanitionis nouo acido ſaturari rurſus optat, illudque reperit in membro dolente, hoc extrahit, recipitque in ſe, & dolor ceſſat, aut ſaltem mitigatur.

Oleum vetus quare ranceſcit?

Oleum antiquiſſimum induere Balſami naturam, clamitat vulgus, quia oleum centum annorum in Brixienſi caſtello ſubleuat multos à doloribus ex acido: ob vetuſtatem enim alcali ſuperauit acidum,

hinc tandem ranceſcit: quare veneranda antiquitas in compoſitionibus pro externo vſu oleum vetus inſtituit.

Poma putrida Eadem ratione poma putrida magis refrigerant, quam cocta, quæ ideo anodina appellamus, quia alcali oppreſſit acidum, nec in diſtillatione ardentem ſpiritum edunt, ſicut fermentata.

Vnguentũ refrigerans Butyrum recens, plus habet alcali, quam acidi, ideò magis refrigerat, quam oleum. Vndè contra ariditates, & fiſſuras, tam labiorum, quam manuum, quæ hyberno tempore plurimis magno ſunt incommodo: fac hoc vnguentũ.

Accipe ceræ nouæ ſem-vnciam, liquefac leui igne, cui adde vnciam butyri recentis, poſt infunde 3. vel 4. circiter vncias vini generoſi, & miſce, vt vinum lauet mixturam: remoue ab igne, vt refrigeſcat, vinumque ſeparatum ſit: pinguem maſſam forma in globulos, & vtere. Hoc vnguentum etiam forunculorum ardorem, & dolorem miro modo mitigat, & refrigerat. Hinc ſchola Salernitana.

Lenit & humectat, ſoluit ſine febre butyrum.

Nec butyrum coagulatur, niſi lac prius aceſcat, & ſi in butyri confe-

ctionem

ctionem alcali fixum iniiciatur, vt acidum impediat, nõ fit butyrum, acidum enim debet coagulare alcali. *Ideſt ſi ſpiritum habet, coagulatur frigido, ait Coſmopolita*, quaſi diceret, ſi acidum habet.

Sic & ſalia alcalizata facilimè in aere aperto diffluunt, & ſoluuntur: ſed quamprimum affunditur acidum, vt alcali ſuperet, indureſcunt & coagulantur.

Sulphur Sulphur in ſua pinguedine occultum habet acidum, & ideo non ſolum in oleo, ſed etiam in alcali promptiſſimè diſſoluitur, nunquam autem in manifeſtè acido licet potentiſſimo, quod potius ſulphuris pinguedo abſorbet, & repetito cohobio in alcali vertitur, quod fumiuenduli tunc ſulphur fixum vocant, & auaris imperitis illud philoſophorum eſſe, verbis magnificis perſuadere conantur, quia, ſicut metallum in igne fluit, nec accenditur, in aperto autem aere cum peſſimo fætore diffluit.

Cum vero accenditur ante fixationem ſub vitrea magna cauitate, tunc occulta fumoſa aciditas condenſatur in ſuccum acidiſſimum, quem ſulphuris ſpiritum dicunt, qui eſt noua creatura toto

cælo

cælo diuerſa à priore.

Sulphur in oleo lini coctum, fingit pulmonem, ſpirat que odorem putridum.

Laudatur autem ſulphur à Dioſcoride in pulmonum affectibus, adduntque alii eſſe animam eiuſdem: intellige cum ab Hippocratico euacuatur, & in terram inſipidam lacteamque fixatur, tunc inanitionis fit impatiens, rurſuſque ſuo ſimili exſatiari deſiderat: auidè itaque combibit, & abſorbet pulmonum acida putrefactiua, quæ à capite deſcendere contendit vulgus. At ſine dicta præparatione dictis affectibus planè inutile reperitur, id quotidiè in praxi experimur. Hæc autem terra à peritis lac ſulphuris merito appellatur, perficitque plurima, quæ Crollius titulo eius ſubſcripſit.

In empiemate autem ſine febre poteſt exhiberi integra drachma pro doſi ſulphuris mundi quotidie bis, & apoſtema (vt vocant) maturatur celerrime. Sic quoque in tuſſi aliiſque ſine febre thoracis affectibus cum iride florentina, & ſaccaro in pulueris forma non ſine fructu propinant, febre enim abſente, abeſt etiam acidum erodés, & tunc ſulphur purum, quod occultè acidum, vel igneum oſtendi, audacter propinatur ad morbi

ma-

maturationem vſque. Sic quoque ſulphuris externa inunctio ſcabiē, quæ ex alcali frigido eſt, celerrimè exterminat: acidæ verò vel calidæ cum vehementi pruritu coniunctæ nil prodeſt.

Diſtilla quoque acetum (cui ineſſe oleum pingue, & aquam ardentem oſtendi) fæces aridas in cucurbita reſtitantes compelle ex retorta, & exibit acidum potentius priore, & oleum pingue: caput mortuum ex retorta reduc in cineres, ex his aqua communi alcali elicito, quod proprium acetum iterum combibit, & abſorbet: ex phlegmate quod abſtrahis, fit aqua ardens ex alcali, & acido, habeſque tartarum regeneratum &c. *Sic omnia in omnibus*, ideſt acidum, & alcali vbique deprehendes. *Omnia omnibus.*

Camphora (de qua acriter diſputatur, vtrum calida an frigida) eſt alcali volatile, & refrigerat potenter in oleo amygdalino dulci ſoluta, quantum fieri poteſt, vidi præputium tumidum, & inflammatum cum indicibili dolore confeſtim huius inunctione tolli: eſtque camphora ab ipſa natura propria pinguedine ſaturata, ſicut ab arte ſimilia fieri oſtendi. Fætentem

Aqua fortis odor frequens, Atrophiam cum acerbiſſimis doloribus generat. Helmont de lithiaſi cap. 9. paragr. 71.

tentem enim, & rodentem aquæ fortis aciditatem, quæ odore ſolo ſuffocat quaſi, in ſe combibit, ac cum ea olei formam ludit, non autem cum acido benigno ſuaui, & grato (aceto ſcil. vt & reliquis ſuccis acidis) quod notandum. Eodem modo malignum venenoſum intimis fætens, & rodens ſuffocans illud acidum, quod in acutis per venas hinc inde fluctuat, & patientes ſine intermiſſione exanimat, camphora per os data paulatim in ſe abſorbet. Quare in deſperata pleuritide diſſoluitur in ſpiritu vini quantum poteſt, & in alio vaſculo habeas tantundem vini ſpiritum croci tinctura ſaturatum, hos ſpiritus confunde, ac miſce: huius mixturæ ſcrupulus in oleo lini recentis exhibitæ nunquam fefellit, vel in oleo amygdalino, aut ſyr. flor. papaueris erratici à lini autem oleo vnica doſi ſemper felix ſequitur ſucceſſus: quia ſpiritus vitalis fit purior, & alacrior, acquiritque vigorem, quod inter præclaros practicos primus obſeruauit Auicenna, vnde rectè eam: *Theriacam contra venena calida appellat, celebratque. Spiritus, inquit, vitalis acquirit ab ea ſubtilitatem, & luminoſitatem*

ve-

vehementem, & propterea lætificat, & confortat. Addo non reſpondere vulgatum illud.

Camphora per nares, caſtrat odore mares.

Nam quotquot noui, qui illam à ſordibus per ſublimationem purificant (Refinatores dicuntur) tam Venetijs, quã Amſterodami, quorum tota domus nil niſi camphoram ſpirat, ſunt ſalaciſſimi, & fæcundiſſimi, & ſi propriæ confeſſioni fides non habetur, in teſtimonium voca numeroſam eorum prolem. *Si loquar abſq; veritate erubeſcam*

Camphora ſic ſoluta in aqua forti, & cum aqua ſimplici præcipitata, vel potius reducta, fit ſapo, quo cum mulierum manus perungantur, & poſtea aqua abluuntur, abſumit acredinem illam, quæ cutem exaſperat, redditque eas molliculas lacteaſque, ornamentũ ſingulare muliebri ſexui: *Quin & ſanorum quoque curam venuſtatis cauſa ſuſcipiendam eſſe*: docet Magiſter præcep. libello.

Inſuper fit paſta familiaris, & domeſtica, ex mica panis cãdidi, & ex ſemine papaueris albi cũ lacte contuſis, qua cum manus, & bra-

clia

chia veſperi cubitũ eundo perungunt, & ſequente mane ſine humida ablutione demunt, ſic alabaſtri candorem referunt.

Quemadmodum camphorę alcali volatile nullum trahit, & ſorbet acidum, niſi cum quo concordat; ſicut magnes nil aliud quàm ferrum: ſic etiam alia ſexcenta, quę ſola Chimia detexit, & ab Hippocrate appropriata vocari cæperunt, quò enim inquit, de priſca medicina acidum ſalſum &c. pluribus, & appropriatis permiſcentur eò mitiora, & meliora euadere.

Hanc autem ſacram ſcientiam non ex cartaceis, ſed ex ingenti naturæ libro didicit. In Elba enim parua inſula 20. miliaria italica complectens ferro diues per plurima ſæcula ferrum fuit erutum, & hodie quoque eruitur, ſemel enim educto ad 20. annos denuo nouum renaſcitur, quia mater trahit ex multi ventris ſpiritu in aere habitante, quo cum concordat filium ſolis ferreum, qui corpus dierum curſu aſſumit, & in nil aliud quam in ferrum maturatur.

In Carinthia vitrioli mater, ſeu alcali, inanis, & vacua, trahens multi ventris ſpiritu, quo cum concordat, fit prægnans, & paucis abinde

abinde annis eruitur album vitriolum, non ſecus, quam in nitraria Patauina, vt in Clauis cap. 2. ex profeſſo notaui: natura enim nouit ex aqua in terra fructus producere, & ex aere illis ſuppeditare vitam, ait Coſmopolita tract. 11.

Sic argentum viuum à ſordibus mundum, & euacuatum, ſit mater, & inane alcali, libero aeri expoſitum trahit ex multi ventris ſpiritu id quo cum concordat, vt cap. 17. narraui, illa enim trahit Regem non Rex ipſam ait Bernhardus: diſtiĉta enim eſſe per ordines, & poteſtates ſacræ literæ docent, & multiplex experientia omnium rerum magiſtra in macrocoſmo quotidie ſine intermiſſione teſtatur, vnde Calid. in aere eſſe radices rerum non ſine fundamento reliquit.

Ars imitatur naturam, in puluerem reducit partem vnam antimonij, & tres partes nitri puri, hos pulueres miſcet, & per vices accendit, vt deflagret vnà cum nitro eius ſulphur, maſſa alba abluitur, & erit Antimonium euacuatum, & inane alcali, vocaturq; diaphoreticum. Iſtud euacuatum antimonium, niſi obturato vaſe conſeruetur, dierum curſu iterum

ſatu-

ſaturatur ſimili ſpiritu, quem perdidit, itaut quod pridem fuit hydroticum, rurſus fit vomitiuum: adeoque nitri aciditas, quam in accenſione haufit, non eſt illi propria, neque cum illo concordat.

Appropriatum quid ſit Hippocrati

Simili prorſus modo, ait Hippoc. operatur hominis natura per os enim aſſumptum, cum reperit in microcoſ. multi ventris ſpiritū, quo cum concordat, illud attrahit, pori tunc relaxantur, fitque diaphoreticum, vocaturque ab Hippocrate appropriatum: gaudet enim natura ſua ſimili natura, illamque retinet, & in illa lætatur, magis quã, ſi in corpore humano hinc inde erraret.

Nullibi igitur Antimonium iſtud vacuum, & diaphoreticum vſui eſt, niſi in morbis, qui aliquid acidi veneni, aut occulti, aut manifeſti præſeferũt, vt eſt peſtis, cauſones, petechiales, ac apoſtemata interna varia, quocunque loco extiterint, horum enim venenoſum acidum fabrum antimonium trahit, & ſorbet: ideoque pori relaxantur, vrina vel ſudor fluit, alias nunquam. *Hinc Baſilius in repetitione antiquiſſimi lapidis ſol. mihi* 80. *Puluis iſte*, inquit, *inſignes poſſidet vires, ad exterminandos*

vlceratos multos, & ex vlceratos morbos &c. Quorum nimirum aciditates ſunt putrefactiuæ, & eſcaroticæ, eas nimirum hic puluis combibit, atque conſumit, & vt dixi pororum contractura relaxatur. Hac ratione recipitur in emplaſtrum, quod barbaro nomine oppodeldoch vocat paracelſus.

Hanc naturæ actionem vulgus exſiccare vocat: inſenſibilem enim euacuationé, perſpirationé tranſpirationem, diſſolutionem, & coagulationem ab Hippocrate toties inculcatam capere vix poteſt.

Quare veneranda antiquitas ea ſimplicia, quæ acida illa irritatiua circum cor oborta abſumunt, cardiaca appellauit ad diſtinctionem illorum, quæ in alijs corporis humani prouincijs alia abſorbent: diſtincta enim ſunt ordine, & poteſtate.

Aliud ergo acidum eſt, quod Antimonium alcalizatum combibit: aliud, quod perlæ in palpitatione cordis: aliud, quod lapilli cancrorum in vulneratis, & contuſis: aliud, quod criſtallus in cholera, & diaphragmatis tenſione, quo in rabiem vſque, infirmos perducuntur, abſumit, & abſorbet.

Falſum eſt, quod decanorum ſocie-

Criſtallus alcalizata tamen bibit mordax excrementum diaphragmatis

ſocietas in vltima editione fol. 196. ſubſcripſit criſtallum inteſtina erodere, & perforare, quæ nunquam per os datur, neque præſcribitur niſi præparata i. e. actuali igne toties candefacta, & in frigida extincta, donec friabilis fiat, deinde ſub marmore ſubtiliſſimè contrita, tunc ſane acida quæque ſub artificis manu bibit, ſic quoque in microcoſmo, ſi propinatur, acidum, quod cum illo concordat, auidiſſimè arripit, & à rabioſo dolore potatorem liberat, non ſecus, quam infans plorans tacet à re delectabili ſibi.

Aliud acidum, quod ferrum maturum in obſtructis, & laxis: aliud, quod immaturum in hypochondriacis quibuſdam affectibus trahit, & educit.

Aliud, quod ſanguis hirci, dens apri, priapus cerui in pleuriticis, peripneumoniacis, & tuſſientibus: aliud quod vegetabilium alcalia volatilia in hecticis: aliud, quod lapis bezaar in opulentorum animi deliquio.

Bezaar, ſi cum tantillo cinere teritur manu impoſita, & cinis virideſcit optimus, & naturalis eſt, cõtra, factitius. Sic illi, qui ingentis molis, & pretij oſtenduntur, reperiun-

tiuntur in vacca Indica, & nullam comparationem cum bezaar habent.

In opulentorum, dixi, animi deliquio, niſi enim eximio pretio lapidis reſpondens ſit proportio ad acidum illud exoſum, & morboſum fruſtra propinatur. Hinc Crato, ſe nullam opem ab eius frequenti exhibitione animaduertere potuiſſe, quod verum eſſe facile mihi perſuadeo, præſertim dum grana tenus propinatur, vt libri ſuadent.

Edoardo Regi, data fuit drachma. Vide Monardũ, & Conciliatorem

Notarunt hunc defectum cum Cratone plures emunctiores vrbis practici, qui occidentalẽ præſcribunt, non quod præſtantior ſit orientali, ſed quod vilior ſit pretio, & ideò maiori doſi exhibetur.

Communis namque opinio eſt, ſudorem vrinamque propellere, quod tamen nòn contingit niſi ea quantitate propinetur, vt acidum morboſum, quod cum illo concordare debet, plane abſumpſerit, vt notauit Hercules Saxonia *cap. de febribus peſtiferis* maximæ famæ practicus.

Vulgus enim conſiderat, hunc lapidem (vt & quamplurima ſimplicia) agere in corpore, ſicut cuneus à malleo compulſus, non ani-

animaduertens, quod extraneo ſapore per lapillum (aut eius compar) abſumpto, pororum contra-ctúram relaxari; & tunc totum corpus per ſe tranſpirare, vt Hippocrates docuit.

Aliud inquam acidum, quod alcali tartari tam fixum, quam volatile in obdurato meſenterio bibit: aliud quod oſtiocolla in oſſium fracturis: aliud quod coralia ab vtero laxo, & ſaluiæ decoctum abſumunt, & abſorbent.

Sed nimis operoſum eſſet, atq; nimiam in molem excreſceret ſcriptura, ſi appropriatorum catalogum hic enarrare vellem: quare concludo *cum Hippoc.* 1. *de diata*: *niſi concors concordi aſſidet, & adhæret*, fruſtra horum poteſtas indiſtinctè, & ſine ordine in morbis offeruntur, quia *vnumquodque locum ſuum ſeruat*, adeoque ſuo modo intelligentiam, vt habeant, neceſſe eſt, eò quod ſtomachi inſitum proprium, & manifeſtum acidum, quod mechanicè oſtendi, quo cibus in vitalem ſuccum coquitur, & tranſmutatur; dicta alcalia non combibunt, imò non intrant, ſed potius acuũt, fortificant, & augent, quod admiratione dignum.

Hinc

Hinc liquet, quod quælibet aciditas, vel aura (voca vt lubet) expectat, ſequiturque lubens, & cum patientia ſuum conueniens compar (ſicut vitrioli euacuata terra in Garinthia ſuam imprægnationem, vt ſupra notaui) cum quo alterari, tranſmutari, & adhærere gaudet, neque alterum alterius familiam perturbat: hac ratione Microcoſmi nomen homo adeptus eſt. Et Hermes in tabula, quę ſuperis, hæc & inferioribus inſunt.

Macrocoſmi rerum ſemina eſſe acida, per alcalia ſupra oſtendi. Sic in microcoſ. tam ſano, quam morboſo natura hunc conſenſum ſtudioſiſſimè obſeruare docet quotidiana praxis.

Hæc ſunt medicinæ fundamenta, ***iuxta hominis naturam: vt primi inuentores eam inuenerunt, iudicaruntque artem dignam, quæ DEO adſcriberetur, quemadmodum eſt receptum, vt docet Senex de veteri medicina***: ***Non enim***, inquit, citato libro ſiccum, neque humidum, neque calidum, neque frigidum &c. ſed ſapores, quos recenſet ibidem cauitatibus, & ventriculis ineſſe oſtendit *lib. de arte*, inquiens, ***corpus humanum plures habet ventriculos*** (i.e. ſapores) ***quos norunt illi, quibus hæc res curæ erit.***

Et paulo poſt. Ex prædictis omnibus, nullum eſt, quod oculis conſpicienti videre, ac cognoſcere contingit; quapropter etiam OB-

Hæc ſunt attributa circumſtantia, & mutationes variæ propter quas diuturniore mora affectus aſſident, præcep. libro

SCVRA mihi appellata ſunt, non tamen quod obſcura permaneant, & nos vincant, ſed quantum poſſibile eſt, cognoſcantur, & superentur: poſſibile autem eſt Hippocratico Philoſopho, quantum ægrorum naturæ ad conſiderandum conferunt, & quantum eorum, qui perſcrutati ſunt, naturæ ad perſcrutandum aptæ ſunt. CVM MVLTO ENIM LABORE, ET NON MODICO TEMPORE PRÆ OCVLIS VIDENTVR, ET COGNOSCVNTVR, Quæcumque enim oculorum conſpectum effugiunt, ea MENTIS OCVLIS obtinentur, & ſuperantur.

Harum abſconſarum virtutum (Sapientis verba) tam in macro, quam microcoſmo, quam plurima Hippocratis autoritate, quantum compẽdij breuitas permittit, luce clarius ad oculum demonſtraui: non tamen eo fine vt Hippocraticus quiſquam hanc doctrinam coram idiotis exerceat, atque oſtentet, MAGISTRO id admodum grauiter prohibente de priſca medicina.

Mihi quidem, *inquit*, maximè videtur, qui de hac arte diſſerere inſtituit, quæ plebeis nota ſunt, di-

cere

cere debere, cum de nullo alio, vel quærere, vel dicere conueniat, quam de morbis, quibus ipſi tentantur.

Id ſonat ſi alia memineris, quã excrementitios quatuor humores pro morborum cauſa, & hos ſuis miniſtris, & ſatellitibus victos nou educere promittis (his nimirum gaudent) eris deſertor, empiricus, paracelſiſta &c. cum igitur MAGISTER ignaros hos ſocios & plebeos timuerit! iuuat Hippocraticum illud Comici freqnenter ruminare *quod ſcis neſcis*: quare loquendum vt plures, & ſentiendum vt pauci *Ariſt. indicat* 1. *Topic.*

Ex dictis nunc concludere licet, ne longius, quam par eſt, vagemur: Alcalia omnia eſſe corpora inania, & vacua: nam fixum alcali ex acido fixo ſilicis ſaturatum fit petra, vt in calce oſtendi. Et idem fixum alcali ſilicis cum fuſionis ignem patitur, tranſit in vitrum.

Idem alcali fixum ſilicis, humida via cum occulto acido pingui ad maturitatem coctum mutatur in ſaponem, vt ſuo loco prolixè oſtendi.

Vegetabile alcali, fixum tartari nimirum, ſaturatum ſalis ſpiritu

fit ſal commune, omnes eius proprietates habens. Inueteratæ Eburneæ ſculpturæ, & imagines ſpiritu ſalis perunctæ, poſtea forti lixiuio abluenda eſt aciditas, deinde aqua detergendum lixiuium, tandem poliri pumice, & tripolo indigent, ſic vetuſtatem deponunt.

Idem vegetabile alcali, acido vitrioli ſaturatum, coagulatur in vitriolum, quod tartarum appellant vitriolatum, & quanuis Reformatoris numeroſa cohors ſubſcribat, acidum ſulphuris per campanam non differre ab acido vitrioli, verum non eſt, ſed ſicut acida omnia retinent, & conſeruant ſeminis proprietates ad elementa vſque, vt de vino oſtendi, ſic etiam hic acidus liquor: cum enim roſerit naturale corpus, ex. gr. arenam ignem nondum expertam, tunc ex eo naturale ſulphur ſublimatur.

Nihil in mundo mori, ſed omnia tranſire. Triſmeg. in pymandro.

Alcali vegetabile fixum acido ſpiritu nitri ſaturatum tranſmutatur in nitrum frigidum, flammam concipiens, & anginæ remedium, quæ ante coniunctionem valida cauſtica erant.

Idem alcali aceto vini ſaturatum, vertitur in tartarum, omnes eius proprietates habentem, diſtil-

latur in oleum pingue, & in aquam amaram. Eſtque illud, *quod ſal vini eſſentiale noſtrum nulla prorſus re peregrina adiecta* decanorum ſocietas adorat.

Simili prorſus modo, docet, *meus Hippocrates procedere etiam hominis naturam*, quæ alimenta alcali volatili repleta per acidum ventriculi primum in acidum chilum, & in ſubſequentibus in ſalſum commutat iuxta proprietates acidi occulti, quod cauitates in ſe cuſtodiunt, vt ſuis in locis claris verbis, & mechanicè demonſtraui.

Sic alcali ab alui fæcibus ſeparatum, licet centies rectificetur, attamen ſpontè turbatur, & reinduit, quod perdidit. *Fermenta loci, mumialia vocant*

Ab vrinæ alcali odor inſeparabilis eſt, ſic ſudoris alcali ab homine ſano, non fætet &c.

Sic aliud eſt acidum, quod calculum coagulat, vt in diſſolutione oſtendi.

Aliud eſt acidum, quod in oſſibus alcali indurat, & ſuſtentat, aliud in ſanguine, aliud in venis, aliud in capillis, aliud ineſſe vnguibus neceſſe eſt, & ratio dictitat: alias nimirum generaretur quidlibet ex quolibet.

Omnes muſculi *inquit Hippoc. lib. de arte* proprium ſuum ventriculum habent: indicare volens quamlibet coagulationem ſpecificam requirere etiam ſpecificum coagulatorem, qui quamuis occultus acidus tamen mechanica neceſſitate eſſe debet, vt in oleo, ſeuo, lacte &c. oſtendi, alias nihil vnquam in vniuerſo coagularetur. *Neque ſane* ſubiungit citato libro Doctor *meus, quæ dicta ſunt eorum quicquam oculis intuenti conſpicere licet*, id ſonat: niſi in Hippecratica arte ſis exercitatus, ſcripta mea non intelliges.

Hippocrates itaque deprehendit ea, quæ naturæ, & artis imperio grato conſenſu ſubjecta ſunt, in hoc cardine immobilia doctrinæ fundamenta ſtatuenda eſſe, ex his enim omnum mechanicarũ progreſſus, & cauſarum explicationes adeò firmiter deduxit, vt ſi omnes cartacei libri cum eorum ſcriptoribus interirent, ex ingenti naturæ libro omnes artes rurſus hac methodo addiſcerentur.

Vnde liquet, quot fabulæ viro optimo ſint adſcriptæ! quæ ne quidem per ſomnium illi in mentem venerunt, imò quamplurima ſub eius nomine, quæ non quadrant

drant cum profunda eius ſapientia, ita vt ſi iam reuiuiſceret, non ſine ratione ea legendo erubeſceret.

Permixtionem, & alterationem, quam in alcalibus fixis cum acidis demonſtraui, eam etiam de alcalibus volatilibus omnium animalium intelligendam iubet meus Hippoc. *lib.* I. *de diæta*. Alcali enim volatile cuiuſcunque animalis ſaturatum ex ſpiritu acido vitrioli, induit vitrioli naturam, verum cum non habeat colcotar ferri, præcipitatur cum gallarum ſucco in purpurei coloris fundum albo vitriolo ſimillimum.

Idem alcali volatile cum ſpir. ſalis fit ſal armoniacum, cum ſpiritu nitri fit naturale nitrum &c.

Ex dictis nunc luce meridiana clarius patet, ſpiritum eſſe vehiculum animæ, & vinculum, cuius beneficio corpori coniungitur, nam ſine anima ſpiritus informare alcali non poſſet. Quare Lucretius lib. 2. .... *quæque in ſua corpora rurſum diſſoluit natura, neque ad nihilum interimat res*. *Spiritus vehiculum animæ*

Sic alcali volatile cum aceto volatili fit ſalſus liquor diſtillabilis penetrantiſſimus, vt in aqua Mindereri oſtendi, & de reliquis acidis

I 4 ſuccis

ſuccis omnibus idem intelligendum eſt: ſicut enim alcalia fixa ſunt vacua, & inania corpora, ſic etiam volatilia omnium animalium, quorum præparationem docet quidem reformator, & ſubſcribit numeroſa ſocietas, quæ tamen, ſicut alcalia ipſa, admodum vacua eſt; vnde Hippoc. meus in dulcem riſum commotus, inquit, *lib.* 1. *de diata. Neſciunt quid faciunt, ſed deſtinatum fatum explent.*

Sal viperarum, fit ſal commune cibarium

Alcali itaque viperinum vacuum, & inane corpus ſaturatur etiam à vacua turba, & inani ſocietate *Pharm. fol.* 486. magno labore, & ſumptu acido ſalis ſpiritu: quid aliud, quam ſalis communis proles exinde generari poteſt? En fucus, & impoſtura, quam adulatrix ſocietas *tanto labore tandem* inuenit, de qua ante victoriam triumphans ſcribit: *Nec velim tibi quiſquis es, perſuadeas aliam eſſe viam fixandi.* Hoc dicto metu torpens pallidoniam recanit inquiens (ſubmiſſa voce) *ſi tamen quiſquis eſſet, qui maiorem in hiſce laboribus haberet experientiam, ipſi anſam prabeo vt boni publici cauſa, illa, qua in hac re expertus eſt, ſecum commori non* pa-

paſsiatur. Meum corculum! meus molliculus caſeus! quidni? Eia age, optemperemus fratres ſocietatis cupiditati, benè ædepol narrat, ah quantum non meretur de republica medica: quod pharmacopœis acidum, & ſalſum *in append. fol.* 75. tam politulè diſcreuerit.

Puerilem ſententiam declarat.

Cap. 22.

BReuiter nunc percurram acida, quæ ſocietas docet ſalſis eſſe contraria *in append. fol.* 52. quam tamen doctrinam cum reliquis ſuperius oſtenſis falſiſſimam, & ignorantiæ plenam inuenio, vt per ignem (qui profeſſor publicus, & iuſtus iudex vocatur: dialectica enim hanc diſcretionem non habet, ea ſaltem ſcientias repertas, & veras, in quouis ſcibili methodicè, rectè & clarè magna vtilitate proponere, & tractare nouit) ſeruatis vocibus vſu receptis, demonſtrabitur. Salium autem ſapores, quantum viſum fuit, pro intelligentia præſentis compendioli, ſupra diſtinxi.

Ignis, tam internus, quam externus ordinarius creatoris profeſſor naturæ librum explicat, neq; timet dialecticorum ERGO.

Cape nitri, & ſalis communis marini ana vncias quatuor, & a-

luminis vncias duas: fiat puluis, cui ſuperadde aquam ſimplicem, quantum ſatis pro ſalium ſolutione (quæ non agunt niſi ſoluta) & habebis liquorem ſalſum, cui adde auri foliorum duas ſaltem drachmas, miſce aurum cum ſalibus, & coque in olla vitreata ad ſiccitatem, ſub finem auge ignem, donec odorem aquæ fortis inſtar ſpiret, ſic mixturæ ſalſedo aurum erodit: albam maſſam in olla diſſolue aqua communi, ſolutum quieſcat vitreo in vaſe, donec ſalium fæces ſubſideant, clarum per inclinationem effunde: huic claræ ſolutioni guttatim inſtilla alcali quoddam fixum reſolutum, ex. gr. liquorem tartari, qui ſtatim abſorbet ſubtiliores acidos ſpiritus, & ilicò aurum cadit coloris purpurei.

Hac in operatione ſal non obfuit acidis ſpiritibus, vt docet approbatoria turba, ſed alcali tartari acidum abſorbens, compoſitum deſtruxit.

Eadem via ſed maiori impetu diſtillata aqua ex nitro, & alumine, quam fortem dicunt, in qua ſit ſolutum ſal marinum, aurum diſſoluit, niſi enim ſal in aqua forti acidiſſima diſſoluitur, aurum non corroderetur.

Non

Non itaque deſtruit ſal acidam aquam fortem, neque in ſicca, neque in humida via, ſed ei vigorem addit ſale armoniaco ſimilem: Hinc Baſilius

VVas im adler vvird gefunden Klaar
Das ſteckt in mier auch gantz vnd gaar.

Hinc liquet, aurum non diſſolui, vel potius corrodi, niſi à ſalſis liquoribus: quare autem acidus ſalis ſpiritus hoc ſoluit? dixi, & oſtendi ſuo loco, quod nimirum ſpiritus rodendo, redit in id, quod erat à natiuitate, ideſt in ſal.

Aliud periucundum experimentum oculis obijciam, quo oſtendam ſalſa acidis non eſſe contraria.

Ex vitrioli exſiccati libris tribus, nitri libris duabus, communis ſulphuris florum vncijs ſex, & ſalis communis libris quinque, & laterum puluere, quantum ſatis, ne ſalia cum ſulphure fundantur, miſce exactè, & diſtilla aquam ex arena ſaltem, in hanc aquam ſine præmiſſa rectificatione impone aureos nummos, & intra breuè tempus in tepido loco, videbis aquam aureo colore tinctam, quã effunde, & aliam ſuperadde, & ite-

rum detine in loco calido, donec ſatis ſit tincta: aquas tinctas confunde in aliam phiolam, atque in illam aquam pone laminam argenti prius tamen cupellati, tunc aureo colore tincta aqua ſtatim nigreſcit, paucisque momentis totum argentum inuiſibiliter diſſoluitur, caditque totum in calcem nigram, quam periti in arte ſine contradictione aurum dicunt.

Notandum, quod aqua ab auro non tincta, argentum non diſſoluit, imò ne tangit quidem: Hinc *Baſilius de argento, tract. de proprietatibus planetarum.*

Mein ſeel mein geiſt, vnd meinen leib
Hab ich meim Konig zu geeigt &c.

Aureos nummos ablue, hos reperies aliquantulum pallidiores, ſed parum, aut nihil de pondere amiſiſſe, hoc experimentum eſt conſideratione dignum.

Cum vero ſupradictas ſpecies igni nudo, & aperto diſtillaueris, addendo plus de farina laterum, tunc ſane non extrahit tincturam, ſed totum aurum plane diſſoluitur. Hoc inquam experimentum licet inutile prima fronte videatur, iucundum tamen eſt, &

magni

magni momenti, ſine ſale non ſuccedit, adeoque ſal acidis his ſpiritibus nil nocuit, neque eos deſtruxit, vt inermis imbelliſq; turba vociferat.

Sic etiam aqua fortis communis acidiſſima ex nitro, & alumine, vel vitriolo, non rodit, neque diſſoluit antimonium crudum, ſed ſuperadde huic aquæ tantum ſalis fuſi, ideſt mundi, & puri puluerizati, quantum ſoluere poteſt, hanc aquam ſuperfunde antimonio, groſſo modo ſaltem contuſo, ad ſpeciem granorum milij circiter, & ilicò leni calore agit in antimonium, cuius purum erodit, cui ſtatim aquam frigidam ſuperadde, & videbis ſulphur ſeparatum, quod aquæ forti inſtar picis ſupernatat. Adeoque ſal acidiſſimæ aquæ forti non obfuit, neque deſtructionis ſigna edit.

Antimonij minera, ex rancis montibus venis vel maculis rubris, hoc modo ſoluta ſundit aurum.

Notandum, quod ſingulis vicibus vltra duas drachmas antimonij ſoluere ne tentes, nam in maiore quantitate non bene regi poteſt, ideò ſulphur ab aqua ſalſa quoque corroditur, & in fæces vertitur.

Hoc ſulphur ablue aqua frigida ab omni aciditate, & aſpectu ſimile erit communi, niſi quod pa-

rum

Oleum febrifugum rum virideſcit, cuius granum vnum, vel alterum ſi diſſolueris in oleo ſcorpionum ſimplici, addito parum ſpiritus vini camphorati, atque cum hoc dorſi ſpinam, carpos manuum, plantaſque pedum vnica hora ante paroxiſmum inunxeris, febres intermittentes tertianas omnes tolles.

Hoc eſt ſulphur illud antimonij, quod Helmont extrahi iubet, *tract. de verbis herbis, & lapidibus*, quod vix à vulgari diſcrepat viſu, niſi quod parum in viriditatem vergat: *fac cinnabarim*, inquit. *Helmontij cinnabaris* Scio quod plurimi anxie, & magna inquietudine ſeſe torquent in hac operatione, quam curioſis claro ſermone nunc aperiam.

Funde hoc antimonij ſulphur leniſſimo igne in ferreo cochleari, fuſi ſulphuris ex. gr. ſem. vnciæ, adde mercurij drachmas ſex, plus minus non refert (ſulphur enim tantum recipit, quantum mortificare poteſt) miſce continuo ſpatula ferrea, donec refrixerint, maſſam reduc in puluerem (quam accendunt carbone ignito, vt ſuperfluum ſulphur deflagret in communi Cinnabaris operatione) tu vero ne perdas prætioſum ſulphur inde retortæ largo collo,

largo

largo, inquam, collo, ne obturetur à cinnabari aſcendente, & per gradus ex arena pelle, tunc quod ſuperfluum erit, aut de mercurio, aut de ſulphure, id per retortæ collum decurrit, quod colligito, & auge ignem, vt cupella candeat, & cinnabaris eleuabitur.

Frigefactis rebus, frange retortam, cinnabarim reduc in puluerem, quam ſepties adhuc ſublimabis per ſe idoneo vitreo vaſe, vel retorta, & habebis intentum.

Eadem via, & methodo, fit etiam cinnabaris vulgaris cum ſulphure communi, ſed ſine repetitione ſublimationis. *Cinnabaris vulgaris præpar.*

Studio Helmont hic ſubticuit, mercurium non vulgarem, ſed ex ipſo antimonij corpore deſumptum eſſe debere, ad quid namque in aurem, *filijs noſtris*, ſuperflua hæc induſtria? cum eadem cinnabaris ſublimatur poſt diſtillationem butyri antimonialis, niſi mercurius antimonij hic requireretur? *operando deteguntur errores inueſtigati prius, aliter non*

CHRISTALLVS tingitur in rubini colorem, ſi cum crudo antimonio rubris punctis notato, cum portiuncula auripigmenti commixto, & pulueriz atis cementetur. ventum caueas, alias dehiſcit, aut

diſ-

diffringitur.

Rulandus parauiſſe ſuum balſamum ex antimonij ſulphure, non leuis eſt coniectura illi, qui huius ſulphuris poteſtatem expertus eſt.

Non omittendum hoc loco, quod Regulus antimonij non corroditur ab acido ſulphuris, vel vitrioli, & ſi cogatur aucto igne, ſublimatur in tenuiſſimum ſulphur. At ſpiritus nitri hunc regulum conuertit in candidiſſimum puluerem, qui in clauſo vaſe primo lentiſſimo, & paulatim aucto igne fixatur in puluerem rubicundum. Hic puluis à Paracelſo vocatur ANTIMONII TINCTVRA, quæ poſt ſeparationem à corpore, EXTRACTVM TINCTVRÆ appellari cæpit: vt docet cap. 5. lib. 2. Chirurgiæ magnæ. Quomodo ergo poteſt per acetum extrahi antimonij tinctura, quæ vitro nõdum ineſt? vt inutilis ſocietas in Mantiſſa inutili in perpetuum crimen, & proximi detrimentum ſubſcribit, & approbat.

Extractum tinctura Antimonij

Qua

Quæ nocent docent.

Cap. 23.

EX hactenus oſtenſis operationibus, quæ omnes acidis, & ſalſis perficiuntur, nullibi apparuit alterius deſtructio, ſed eamus ad Rapſodiam, quam ſcriba ſuperbo titulo *Mantiſſam Hermeticam* vocat, vt propria doctrina erudiamini, vbi ſeſe offert. *Mercurij ſublimati corroſiui vera præparatio.* Vinum vendibile (ait Poeta) Hedera non indiget, quare huic titulo addatur *vera præparatio* nõ video: Suſpicor ne reformator more conſueto hac vana promiſſione nobis dolosè imponat; eamus illi obuiam.

quid Hermes de his nugis ſenſerit ridicula ſocietas planè ignorat

Mercurius, inquit, *rectè ſublimatur cum ſale, & vitriolo*, mirum quod non timeat acidi vitrioli deſtructionem à ſale, ſed quia ſic ab alijs ſcriptum inuenit, ſaltem addit: *vitriolum cautè calcinari debere, ne priuetur acido ſpiritu*. Sibi videtur hic aliquid magni momenti admonere: vt etiam *quod ſublimatio bis terue reiteretur nouis ſpeciebus ſale, ſcil. & vitriolo*; ſed ad quid hæc repetita

tita ſublimatio cum nouis ſpeciebus? mercurius enim ſemel ſaturatus acidis ſpiritibus hos non deſerit, vt nouos eiuſdem naturæ, & eſſentiæ reinduat, adquid ergo reiteratur labor? præcipuè ſi verum eſt, vt eſt veriſſimum, quod in natura omnia reguntur certis numeris, ponderibus, & menſuris iuxta illud Poetæ.

Eſt modus in rebus, ſunt certi
denique fines,
Quos vltra, citràque nequit,
conſiſtere rectum.

Sic etiam mercurij natura acidis ſpiritibus ſemel ſaturata abſorpſit, & combibit, quantum perfert, & quantum indiget à prima ſublimatione, & licet centies deinde reſublimetur, aut per ſe, aut cum nouis ſpeciebus, ſemper manet idem ſublimatus mercurius, adeoque reiterare laborem, eſt tempus, & ſpecies inutiliter perdere. Huc alludere videtur Sapientis illud in prouerbijs *cap.* 20. *verſ.* 10. Abominabile apud Deum pondus, & pondus, menſura, & menſura.

Scio, à multis expeti modum ſublimandi mercurium ob metum, ne venale hinc inde, admiſtum habeat arſenicum, quod tamen vt periculoſa merx, mercurio

in

in eius ſublimatione addi nequit, propter ſubtile venenum, quod ſublimando ſpirat, ac operatores ſuffocat: eiuſmodi autem venenum ſubtile proprio periculo oſtendam.

Olim cum arſenicum Iohannis Agricolæ ſuaſu toties ſublimare tentarem, vt tandem fixum in vaſis fundo permaneret, tunc enim temporis, ob ſciendi deſiderium, nec fumos, nec vapores, aut quicquam periculi timueram, poſt multas ſublimationes cum vas aperuiſſem, inſpiraui auram palato, adeò ſuauem, dulcem, ac gratam, vt cum admiratione antea nunquam ſimilem expertus fuerim, ſed poſt ſemihorulam ſtomachum dolentem, & contractum ſenſi cum omnium membrorum conuulſione, reſpiraui difficulter, ſanguinem minxi cum indicibili ardore, ſubito poſt, colico dolore correptus, totuſque contractus euaſi per ſeſquihoræ ſpatium: lacte, & oleo reſtitutus, mediocriter me habui, febris tamen lenta hæcticæ ſimilis, per integram hyemem me afflixit, quam extinxi vulnerarium herbarum decoctis, & eſu cymarum braſſicæ, aqua bulliente tabefactarum, aurantiorum

Mures delectantur cancris coctis. ideò ſunt qui Arſen. exuuijs inſpergunt, vt necentur

rum

rum ſucco, oleo & modico ſale conditarum: imò extenuata natura appetebat hunc cibum, vt vix horam cenæ expectare potuerim: hiſque remediis perfectè conualui.

Geber de argento c. 18. & Baſilius de propriet. 7. metallorũ de Ioue

At non obſtante periculo, ſunt qui ſtannum purum in puluerem exurunt, hic puluis nulla vulgari arte in ſtannum reduci poteſt, cũ arſenico tamen fit ſcoria, ex qua ſingulari artificio purum argentum cum lucro eruitur.

Hanc ſeparationis artem ſciuit, & exercuit Sigiſmundus VVan ciues VVondſiedlenſis in Voitlandia cum ingenti emolumento; ita vt anno 1464. ibidem Hoſpitale ſplendidiſſimum ædificauerit, inſtitueritque, vt narrat Gaſparus Bruſchius, quod & hodie cum epitaphio dicti ciuis conſpicitur.

Quod ex ſtanno per arſenicum eliciatur argentum: cõfirmat Clauius in apologia contra Eraſtum *in 2. volum theatri chimici fol. 39.* qui videatur.

Fixatur arſenicum cum tartaro, vt docet VVurtz, qui liquor, ſi cum acido quodam in candidiſſimum puluerem præcipitatur, abluatur, & vnguentis idoneis permiſceatur, vlceribus malignis confert:

fert: ſunt qui huius pulueris quartam grani partem in hæmorroidum maximo dolore, non ſine fructu propinant.

Cum auripigmentum ſit arſenici ſpecies, hoc loco peraptè inſerendum putaui Turcarum Pſylotrum, Ruſma illis dictum, quod italæ fœminæ efflagitant, & perplurima ingenia hactenus anxie torſit, ſub credulitate aliquid ſingularis arcani ſubeſſe: ait enim Autor quidam. *Ruſma*

In Turcarum dominio minerale quoddam Ruſma illis dictum inuenitur, quod agendi præſtantia omnibus pſylotris iure debet anteponi: licet enim admodum ſit temperatum, nec partem, cui adhibetur, vrat, pilos tamen celeriter, & ſine dolore perdit, & loca leuia, glabraque reddit, nullo remanente pilorum veſtigio.

Sed vt ad votum applicetur, debet in tenuiſſimum pollinem leuigari, & cum portione media calcis viuæ in aqua dilui. Hanc mixturã Turcicæ mulieres, paulo ante balnei, aut hypocauſti ingreſsũ partibus obſcænis, & axillis adhibent, quas depilare, & perpetuo glabras manere deſiderant.

Eſt autem ruſma ſcoriæ ferri

mul-

multum ſimile, ſed leuius, nigrius, & quidpiam exuſtum referens, vt ex Bellonii obſeruationibus cap. 33. lib. 3. narratur. Hæc ille.

Ad inſtantiam cuiuſdam perſonæ, dictum Turcarum Ruſma, per ignem, & aquam examinauimus, & deprehendimus huius baſim auripigmentum eſſe, idem nimirum quo, & Italiæ Balneatores in Hypocauſtis pro pſylotro vtuntur.

Ruſma enim cum calce viua commixtum, atque aqua perfuſū, fœtorem ſpirat ſimilem auripigmenti, & calcis mixturæ.

Ruſma ſi ſublimatur per ſe, aſcendit rubinus veri auripigmenti.

Adeoque Ruſma Turcarum, cum facit operationes auripigmenti, nil aliud eſt, quam auripigmentum concludit Ariſtoteles.

Terram autem, auripigmento, addunt pinguem, atram, atque cretoſam Turcarum balneatores, pro medietate ferè, vt cauſtica, & mordax, vis per mixturam refręnetur, cautius, & cum maiore iudicio, quam Italiæ Balneatores, qui applicant auripigmentum cū calce mixtū inuicem, ſine pingui terra, ita vt ſi nimis ſupra cutem mo-

moretur, vrit, & exulcerat, non ſine dolore, & cruciatu. Hæc de arſenico expoſuiſſe curioſis, ſat eſt.

Nunc ad mercurium, vnde digreſſus, redeo, qui ſublimatur hac proportione.

Mercurii, ſeu argenti viui, libras 280., tantum.n. pendet ſarcina vnica, vt in ouinis pellibus ex Hydria aduehitur. Mercurii ſublimati lib. 20. ſalis communis, & ſalis petræ ana lib. 200. capitis mortui reſeruati lib. 50. vitrioli rubificati lib. 400. omnia ſeparatim debent in puluerem reduci ſub lapide molari calcante.

Mixtio fit hoc modo.

MErcurius viuus, & ſublimatus, portioq; ſalis communis, & ſalis petræ, prius debent cõmiſceri, & quantumuis ſalia ſint arida facta per exſiccationem, ab hac mixtura tamen ſtatim madefiunt propter mercurii, & nitri frigiditatem, quæ ilicò humidum in aere condenſat, & eſt cauſa, vt madefiat materia, ſic mercurius inter miſcendum cum dictis ſpeciebus moritur, & in puluerem vertitur, cui ſuperadditur reliqua pars ſalium, perge miſcendo ligone ferreo,

ferreo, donec mercurius nullibi viuus appareat.

Hæc miſtura eſt humidiſſima, cui ſi addere velles vitriolum rubificatum aridiſſimum, combiberet in momento iſtam humiditatem, & in ſaxi duritiẽ cõuerterentur. Oportet itaque loco rubificati vitrioli, commiſceri caput mortuum, aut reſeruatum de priore ſublimatione, aut de aqua forti, perinde hic eſt, ſi modicè ſiccatur mixtura, quam tunc debetis per cribrum agitare in puluerem non adeo minutum. Cribratus puluis tunc commode miſcetur cum vitriolo rubificato.

Iam habes mixturam, qua cum impleri poſſunt 16. vaſa vitrea magna, lagenæ forma (quarta pars ſit vacua) quæ locentur in capitellis, & ſublimabis mercurium ex cineribus (minime vero aperto igne, vt nugatur ignara plebs in Mantiſſa) in 4. furnellis, quorum quilibet contineat 4. vaſa vitrea, quibus appone alembica, negligenter ſaltem cum ſuis receptaculis.

Ignis ſubiectus per 24. horas ſit lentiſſimus, in illo tempore, ſalia diſſoluunt mercurium, ſpiratque in illa actione odor aquæ fortis,

qui

qui pulmoni valde nocet, imò inſpirantem ferè ſuffocat, ſicut Criptæ odor puteolis prope Neapolim canem. Poſt 24. horas odor perijt, & tunc aſcendere, vel ſublimari incipit mercurius (aquam fortem collige, quæ fortificatur cum alijs ſpeciebus, adhibeturque in mercurij præcipitatione, non autem pro alijs vſibus) calore illo perſeuerandum eſt, donec mercurium in forma placentæ à ſuo capite mortuo ſeparatum in ſummo videas, quod fit plerumque quinto die, ſi ignem bene rexeris.

Friſefactis rebus, propter graue pondus ſublimati, ſponte diffringuntur vitrea vaſa (fragmenta ſeparatim collige, habent enim aliquid ſublimati, quod abrade, quo cum alia vice mercurius currens, mortificari debet) caue à cinere, ne per rimas decidat ſupra placentas, quas curiosè ambabus manibus prehendunt, ac ſeponunt, panes vocant, quorum quilibet pendebit circiter 25. libras, plus minus iuxta capacitatem vaſis, quod plus, vel minus de mixtura capiebat, ita vt ex 280. pondo mercurij viui, & 20. ſublimati, colliges ſublimati lib. tercentum, & octoginta. Creuit itaque in pondere mercurius

viuus 80. libras, non quidem ex acido vitrioli rubificati, vt exiſtimat ſcriba, quod ob id *caute calcinandum* docet, ſed ſolo ſale communi, quod ſic probo.

Sublimetur idem mercurius cum eadem proportione nitri, & vitrioli rubificati, abſque ſale communi, & mercurius aſcendet rubeus, nilque ponderis, neque corroſiui acquiſiuit, idq; eſt *Crollij Arcanum corallinum*.

Arcanum corallinum Crollij

Rurſus adde huic rubro ſublimato tantundem ſalis marini, quantum nitri erat, vrge moderato igne, & eleuatur in ſublimatum corroſiuum, augeturque illud pondus, quod ſupra indicaui.

Adeoque vitriolum non addit pondus mercurio, ſed ſaltem adiungitur, vt mixtura ſit ſpongioſa, vt & ne ſalia fundantur: nitrum vero, vt diſſoluatur, & hæc de ſublimato ſufficiunt, pergam ad præcipitata.

Minerua manum mouet.

Cap. 24.

OStendi, quod vitriolum, & nitrum mercurio, nec corroſiuum, nec pondus, in eius ſublima-

limatione addant, idem etiam nunc in eius præcipitatione demonſtrabo.

Fiat ergo aperto igne aqua fortis ex vna parte nitri, & quatuor vitrioli rubificati, vel *caute calcinati*, vt iubent incauti doctores, hæc aqua diſſoluat argentum viuum, quantum ſoluere poteſt; ſolutionem euapora ad ſiccitatem, in fine augeatur ignis, vt fundus capitellæ ferè candeat, ſic in vaſis fundo hærebit puluis rubeus præcipitatus ſplendens, nilque acquiſiuit ponderis, neque quid corroſiuo ſublimato ſimile. *Mercurius præcipitatus*

Cauſa eſt, quod nitrum ſulphureum, eleuat ſulphur vitrioli, quæ coniunctim agunt ſaltem in ſuum ſimile, ideſt in ſulphur externum mercurij, adeòque creſcere in pondere mercurius nequit, vt nec corroſiuam vim ſublimato ſimilem induere.

Quod autem mercurius vulgi habeat ſulphur externum, & ſeparabile de eſſentia mercurii vltra *Gebri lib. 2. ſumma perfect.* aliorumque ſapientum teſtimonia, docet etiam experientia, hic & vbique certiſſima rerum magiſtra, ſequente mechanica.

Mercurium mundum, & pu-

decanorum turba mercurio per ſe præcipitato adſcribat vim ſudoriferam, falſiſſimum tamen eſt, & fides eorum aſſertioni non adhibenda, quia per volatile ſulphur præcipitatus, & rubificatus eſt, adeoque ſemper idem mercurius erit.

Sulphur verò externum per alcali quoddam nobile, magno ingenio,& arte ab eo licet ſequeſtratum fuit; vacui tamen impatiens rurſus paruo temporis ſpatio nouo,& ſimili reinduit ſe, *docente id Magiſtro de diata*: ſeorſim, neque ſibi, neque vlli alii ſufficit, imò præterea confirmat id Geber reliquorumque ſapientum turba: quare admodum eleganter *auri ſeculi Autor fol. 90., ſaturnus annis illius*, inquit, *illum ex merâ ira in id, quod fuerat, iterum commutat*: Et proinde polypoikilos hic igneus ſpiritus & mercurii nomen adeptus eſt. Hæc ita ſe habere norunt *illi, qui has tranſierunt ærumnas* ait Coſmopolita.

Aqua ſuperat ignem 1800. gradus

Cum vero mercurius mundus, & purus pro turbith, præcipitatur cum acido vitrioli, quod per ſex dies, & noctes igne vehementiſſimo,& naturæ poſſibili diſtillatur, tunc ſane acquirit à dicto acido

quantum non noxia corpora tar dant, Virgil.

ad-

admirabilem conſtantiam, & præſtat quam plurima, quæ Crollius illi adſcribit: liquet ex dictis, quo perfectiore ſulphure præcipitatur mercurius, eò maiorem acquirere conſtantiam.

Mercurius de argento reſuſcitatus, & in eodem momento perfecto ſulphuri reconiunctus, & mundificatus, inter coquendum varios, & admirabiles colores in vitri pariete, & in ipſa materia oſtendit, eodem fere modo vt chalybi ſulphureo contingit ſub artificis manu pro lubitu: Aurora tamen philoſophorum non eſt, neque credat quiſquam, hunc præcipitatum eſſe panaceam illam, quam vidit Crollius apud Michaelem Sendiuoium, cuius nomen expreſſit in præfatione partis ſextæ medio fere, literis maiuſculis hinc inde ſparſis ſub his verbis *apud Magnum aliquem cui in æternum bene ſIt, Cum primis egregium HelioaAntharum borEaLem, nam in Chriſto quieſcentem cuinSmodi LENtis Denique couſ Venerunt latitare temPOrum currIcVliS*, quia non eſt per materiam primam vniuerſalem reductus in materiam primam: quæ autem ſit materia philoſophorum

rum ſucco, oleo & modico ſale conditarum: imò extenuata natura appetebat hunc cibum, vt vix horam cenæ expectare potuerim: hiſque remediis perfectè conualui.

Geber de argento c. 18. & Baſilius de propriet. 7. metallorũ de Ioue

At non obſtante periculo, ſunt qui ſtannum purum in puluerem exurunt, hic puluis nulla vulgari arte in ſtannum reduci poteſt, cũ arſenico tamen fit ſcoria, ex qua ſingulari artificio purum argentum cum lucro eruitur.

Hanc ſeparationis artem ſciuit, & exercuit Sigiſmundus VVan ciues VVondſiedlenſis in Voitlandia cum ingenti emolumento; ita vt anno 1464. ibidem Hoſpitale ſplendidiſſimum ædificauerit, inſtitueritque, vt narrat Gaſparus Bruſchius, quod & hodie cum epitaphio dicti ciuis conſpicitur.

Quod ex ſtanno per arſenicum eliciatur argentum: cõfirmat Clauius in apologia contra Eraſtum *in 2. volum theatri chimici fol. 39.* qui videatur.

Fixatur arſenicum cum tartaro, vt docet VVurtz, qui liquor, ſi cum acido quodam in candidiſſimum puluerem præcipitatur, abluatur, & vnguentis idoneis permiſceatur, vlceribus malignis con-

fert:

fert: ſunt qui huius pulueris quartam grani partem in hæmorroidum maximo dolore, non ſine fructu propinant.

Cum auripigmentum ſit arſenici ſpecies, hoc loco peraptè inſerendum putaui Turcarum Pſylotrum, Ruſma illis dictum, quod *Ruſma* italæ fæminæ efflagitant, & perplurima ingenia hactenus anxie torſit, ſub credulitate aliquid ſingularis arcani ſubeſſe: ait enim Autor quidam.

In Turcarum dominio minerale quoddam Ruſma illis dictum inuenitur, quod agendi præſtantia omnibus pſylotris iure debet anteponi: licet enim admodum ſit temperatum, nec partem, cui adhibetur, vrat, pilos tamen celeriter, & ſine dolore perdit, & loca leuia, glabraque reddit, nullo remanente pilorum veſtigio.

Sed vt ad votum applicetur, debet in tenuiſſimum pollinem leuigari, & cum portione media calcis viuæ in aqua dilui. Hanc mixturã Turcicæ mulieres, paulo ante balnei, aut hypocauſti ingreſſũ partibus obſcænis, & axillis adhibent, quas depilare, & perpetuo glabras manere deſiderant.

Eſt autem ruſma ſcoriæ ferri mul-

multum ſimile, ſed leuius, nigrius, & quidpiam exuſtum referens, vt ex Bellonii obſeruationibus cap. 33. lib. 3. narratur. Hæc ille.

Ad inſtantiam cuiuſdam perſonæ, dictum Turcarum Ruſma, per ignem, & aquam examinauimus, & deprehendimus huius baſim auripigmentum eſſe, idem nimirum quo, & Italiæ Balneatores in Hypocauſtis pro pſylotro vtuntur.

Ruſma enim cum calce viua commixtum, atque aqua perfusū, fœtorem ſpirat ſimilem auripigmenti, & calcis mixturæ.

Ruſma ſi ſublimatur per ſe, aſcendit rubinus veri auripigmenti.

Adeoque Ruſma Turcarum, cum facit operationes auripigmenti, nil aliud eſt, quam auripigmentum concludit Ariſtoteles.

Terram autem, auripigmento, addunt pinguem, atram, atque cretoſam Turcarum balneatores, pro medietate ferè, vt cauſtica, & mordax, vis per mixturam refrenetur, cautius, & cum maiore iudicio, quam Italiæ Balneatores, qui applicant auripigmentum cū calce mixtū inuicem, ſine pingui terra, ita vt ſi nimis ſupra cutem

mo-

moretur, vrit, & exulcerat, non ſine dolore, & cruciatu. Hæc de arſenico expoſuiſſe curioſis, ſat eſt.

Nunc ad mercurium, vnde digreſſus, redeo, qui ſublimatur hac proportione.

Mercurii, ſeu argenti viui, libras 280., tantum.n. pendet ſarcina vnica, vt in ouinis pellibus ex Hydria aduehitur. Mercurii ſublimati lib. 20. ſalis communis, & ſalis petræ ana lib. 200. capitis mortui reſeruati lib. 50. vitrioli rubificati lib. 400. omnia ſeparatim debent in puluerem reduci ſub lapide molari calcante.

Mixtio fit hoc modo.

Mercurius viuus, & ſublimatus, portioq; ſalis communis, & ſalis petræ, prius debent cō miſceri, & quantumuis ſalia ſint arida facta per exſiccationem, ab hac mixtura tamen ſtatim madefiunt propter mercurii, & nitri frigiditatem, quæ ilicò humidum in aere condenſat, & eſt cauſa, vt madefiat materia, ſic mercurius inter miſcendum cum dictis ſpeciebus moritur, & in puluerem vertitur, cui ſuperadditur reliqua pars ſalium, perge miſcendo ligone ferreo,

ferreo, donec mercurius nullibi viuus appareat.

Hæc miſtura eſt humidiſſima, cui ſi addere velles vitriolum rubificatum ariſſimum, combiberet in momento iſtam humiditatem, & in ſaxi duritiẽ cõuerterentur. Oportet itaque loco rubificati vitrioli, commiſceri caput mortuum, aut reſeruatum de priore ſublimatione, aut de aqua forti, perinde hic eſt, ſi modicè ſiccatur mixtura, quam tunc debetis per cribrum agitare in puluerem non adeo minutum. Cribratus puluis tunc commode miſcetur cum vitriolo rubificato.

Iam habes mixturam, qua cum impleri poſſunt 16. vaſa vitrea magna, lagenæ forma (quarta pars ſit vacua) quæ locentur in capitellis, & ſublimabis mercurium ex cineribus (minime vero aperto igne, vt nugatur ignara plebs in Mantiſſa) in 4. furnellis, quorum quilibet contineat 4. vaſa vitrea, quibus appone alembica, negligenter ſaltem cum ſuis receptaculis.

Ignis ſubiectus per 24. horas ſit lentiſſimus, in illo tempore, ſalia diſſoluunt mercurium, ſpiratque in illa actione odor aquæ fortis,

qui

qui pulmoni valde nocet, imò inſpirantem ferè ſuffocat, ſicut Criptæ odor puteolis prope Neapolim canem. Poſt 24. horas odor perijt, & tunc aſcendere, vel ſublimari incipit mercurius (aquam fortem collige, quæ fortificatur cum alijs ſpeciebus, adhibeturque in mercurij præcipitatione, non autem pro alijs vſibus) calore illo perſeuerandum eſt, donec mercurium in forma placentæ à ſuo capite mortuo ſeparatum in ſummo videas, quod fit plerumque quinto die, ſi ignem bene rexeris.

Friſefactis rebus, propter graue pondus ſublimati, ſponte diffringuntur vitrea vaſa (fragmenta ſeparatim collige, habent enim aliquid ſublimati, quod abrade, quo cum alia vice mercurius currens, mortificari debet) caue à cinere, ne per rimas decidat ſupra placentas, quas curioſè ambabus manibus prehendunt, ac ſeponunt, panes vocant, quorum quilibet pendebit circiter 25. libras, plus minus iuxta capacitatem vaſis, quod plus, vel minus de mixtura capiebat, ita vt ex 280. pondo mercurij viui, & 20. ſublimati colliges ſublimati lib. tercentum, & octoginta. Creuit itaque in pondere mercurius

viuus 80. libras, non quidem ex acido vitrioli rubificati, vt exiſtimat ſcriba, quod ob id *caute calcinandum* docet, ſed ſolo ſale communi, quod ſic probo.

Sublimetur idem mercurius cum eadem proportione nitri, & vitrioli rubificati, abſque ſale communi, & mercurius aſcendet rubeus, nilque ponderis, neque corroſiui acquiſiuit, idq; eſt *Crollij Arcanum corallinum*.

Arcanum corallinum Crollij

Rurſus adde huic rubro ſublimato tantundem ſalis marini, quantum nitri erat, vrge moderato igne, & eleuatur in ſublimatum corroſiuum, augeturque illud pondus, quod ſupra indicaui.

Adeoque vitriolum non addit pondus mercurio, ſed ſaltem adiungitur, vt mixtura fit ſpongioſa, vt & ne ſalia fundantur: nitrum vero, vt diſſoluatur, & hæc de ſublimato ſufficiunt, pergam ad præcipitata.

Minerua manum mouet.

Cap. 24.

Oſtendi, quod vitriolum, & nitrum mercurio, nec corroſiuum, nec pondus, in eius ſublima-

limatione addant, idem etiam nunc in eius præcipitatione demonſtrabo.

Fiat ergo aperto igne aqua fortis ex vna parte nitri, & quatuor vitrioli rubificati, vel *caute calcinati*, vt iubent incauti doctores; hæc aqua diſſoluat argentum viuum, quantum ſoluere poteſt, ſolutionem euapora ad ſiccitatem, in fine augeatur ignis, vt fundus capitellæ ferê candeat, ſic in vaſis fundo hærebit puluis rubeus præcipitatus ſplendens, nilque acquiſiuit ponderis, neque quid corroſiuo ſublimato ſimile. *Mercurius præcipitatus*

Cauſa eſt, quod nitrum ſulphureum, eleuat ſulphur vitrioli, quæ coniunctim agunt ſaltem in ſuum ſimile, ideſt in ſulphur externum mercurij; adeòque creſcere in pondere mercurius nequit, vt nec corroſiuam vim ſublimato ſimilem induere.

Quod autem mercurius vulgi habeat ſulphur externum, & ſeparabile de eſſentia mercurii vltra *Gebri lib. 2. ſumma perfect.* aliorumque ſapientum teſtimonia, docet etiam experientia, hic & vbique certiſſima rerum magiſtra, ſequente mechanica.

Mercurium mundum, & pu-

præcipitatus proprio ſulphure

rum immittæ phiolæ plani fundi, vt æquè hunc cooperiat, oris auguſtiſſimi, coque in arena primo lento, & moderato igne, poſtea fortiori, eo gradu, vt mercurius aſcendere nitatur, quod ſi id contingat, ſimplici motu fac, vt recidat, hac via ſine vlla alia additione præter externum ignem, fit præcipitatus rubeus ſplendens, ſimilis illi, qui cum aqua forti ex nitro,& vitriolo præcipitatus fuit. Hic præcipitatus, neque pondere diminuitur, neque augetur, quatenus proprium ſulphur illum mortificauit, & rubefecit, non ſecus, quam aqua fortis ex nitro ſulphureo, & vitriolo quoque ſulphureo oſtendi. Sulphuris nimirum proprium eſt rubificare mercurium, vt in cinnabaris præparatione manifeſtum fit, ideoque in pondere nihil augetur, id quod à noſtris attentè conſiderandum: plurimum enim intereſt.

Hunc præcipitatum rubrum, vel per ſe, vel cum aqua forti factum,commiſce cum marino ſale, & vrge compoſitum moderato igne,tunc eleuabitur in ponderoſum, & corroſiuum ſublimatum. Adeoque vitriolum *caute calcinatum*, præcipitatis dictis, nihil

aliud,

aliud, quam ſulphuris odorem contribuit.

Sic præcipitatus ille, quem Crollius Turbith minerale appellat, quatenus fit cum ſpiritu vitrioli, vel ſulphuris ſine nitri additione; non rubeſcit, eo quod horum pinguedo ſulphurea ſine ſulphureo nitro non manifeſtatur, ſed propter ſymbolum, ſulphureum, quod habent, agunt in mercurii ſulphur, & ideo non rubeſcit, ſed ſolum flaueſcit, neque pondus acquirit, poſtquam aluminoſus ſapor, aqua calida ablutus fuerit. *turbith mercur.*

Vires omnium dictorum præcipitatorum, ſunt æquales, vomitus mouent, gingiuas corrumpunt, & repetitis vicibus aſſumpti execrandum ptyaliſmum promouent. Hinc *Helmont de febrib. c. 15. quam* diu mercurius vulgi reuiſicari poteſt, non eſt boni viri remedium. Nam ſicut omnia pharmaca ſunt venena reſpectu noſtri, & non excrementorum, noſque potius, quam morbos ipſos adoriantur, ſic & præcipitatus vulgaris mercurii. Quare Hippoc. meus *de medicam. purgantibus*: Nemo medentum per aſſumpta laxatiua ſpondere audet ſanationem. Et licet inexperta, & ignara *Vires*

decanorum turba mercurio per ſe præcipitato adſcribat vim ſudoriferam, falſiſſimum tamen eſt, & fides eorum aſſertioni non adhibenda, quia per volatile ſulphur præcipitatus, & rubificatus eſt, adeoque ſemper idem mercurius erit.

Sulphur verò externum per alcali quoddam nobile, magno ingenio,& arte ab eo licet ſequeſtratum fuit, vacui tamen impatiens rurſus paruo temporis ſpatio nouo,& ſimili reinduit ſe, *docente id Magiſtro de diæta*: ſeorſim, neque ſibi, neque vlli alii ſufficit, imò præterea confirmat id Geber reliquorumque ſapientum turba: quare admodum eleganter *auri ſeculi Autor fol. 90. ſaturnus auus illius*, inquit, *illum ex merâ ira in id, quod fuerat, iterum commutat*: Et, proinde polypoikilos hic igneus ſpiritus & mercurii nomen adeptus eſt. Hæc ita ſe habere norunt *illi, qui has tranſierunt ærumnas* ait Coſmopolita.

Aqua ſuperat ignem 1800. gradus

quantum non noxia corpora tardant, Virgil.

Cum vero mercurius mundus, & purus pro turbith, præcipitatur cum acido vitrioli, quod per ſex dies, & noctes igne vehementiſſimo,& naturæ poſſibili diſtillatur, tunc ſane acquirit à dicto acido

ad-

admirabilem conſtantiam, & præſtat quam plurima, quæ Crollius illi adſcribit: liquet ex dictis, quo perfectiore ſulphure præcipitatur mercurius, eò maiorem acquirere conſtantiam.

Mercurius de argento reſuſcitatus, & in eodem momento perfecto ſulphuri reconiunctus, & mundificatus, inter coquendum varios, & admirabiles colores in vitri pariete, & in ipſa materia oſtendit, eodem fere modo vt chalybi ſulphureo contingit ſub artificis manu pro lubitu: Aurora tamen philoſophorum non eſt, neque credat quiſquam, hunc præcipitatum eſſe panaceam illam, quam vidit Crollius apud Michaelem Sendiuoium, cuius nomen expreſſit in præfatione partis ſextæ medio fere, literis maiuſculis hinc inde ſparſis ſub his verbis *apud Magnum aliquem cui in æternum bene ſit, Cum primis egregium HelioꝗAntharum borEaLem, nam in Chriſto quieſcentem cuinSmodi LENtis Denique couſ Venerunt latitare temPOrum currIcVliS*, quia non eſt per materiam primam vniuerſalem reductus in materiam primam: quæ autem ſit materia philoſophorum

Materia primaedax rerum

prima, præter Hippocr. indigitat nobis *Ouidius Metamorp. lib.* 15. tempus edax rerum, id ſonat materia prima, conſumit in tempore quicquid ex ea productum fuit: Hinc Antiqui, Saturnum deuorare proprios filios, dixerunt, vt teſtatur Venerabilis Pytagoras: omne ſecretum, *inquit*, eſt in ſaturno, idest in antiquiſſima, & prima materia, de qua nunc ſatis.

Sulphur itaque externum mercurii, eſſe cauſa vomitus, & ſaliuationis, non autem ſpiritus corroſiuos, quibus præcipitatur, docet acidum corroſiuum potentiſſimum ex vitriolo. Aſſertionem meam probat inunctio cum ipſo mercurio viuo, qui guſtum non afficit, nec eius quicquam ſulphurei lingua percipitur, attamen externum mercurii ſulphur acidiſſimum eſſe palam fit, quod in phiola plani fundi præcipitatur ruber non ſecus, quam ſi aqua forti acidiſſima, & ſulphurea præcipitaretur, vt oſtendi.

Pro vnctione itaque primo cutem penetrat acidorum more, deinde perreptat *ad ventriculos, ſeu cauitates muſculorum in ſanis ſpiritu turgidas. Hippoc. de arte*: tunc ſecundo ſtatim, vel tertio die lan-

gue-

gueſcere incipiunt vncti, tam ſani, quàm ægri: mercurio enim perinde eſt, perſeuerans tortor vnguendo, donec tandem omnibus in ventriculis acidum occultum, & alcali, vel facultates, vt loquitur meus Hippoc. quas ibidem oſtendi *naturali labore* operantes deſtruat, diſtemperet, & alienet. Acidum illud ſulphuris mercurii, abſorbet ventriculorum alcali, & eius ſocium aliàs occultum acerrimo veneno acidius, & manifeſtum reddit, ſic vna facultate extincta; acidum veneno auctum pergit operando retrogrado modo, reſoluitque cauſticorum more, omne alimentum in putridum liquamen, illud virtus vitalis, quæ ſupereſt, vel ipſa natura, voca vt lubet, expellere tentans per loca commoda, & apta, partim per ſudores diſſipat, partim purgatoria vi per aluum deturbat magnis torminibus.

Vnde liquet, quarè multi per ſaliuationem ſanati poſt longum temporis interuallum in priſtinum morbum, aut peiorem relabantur, maligna ſcil. diſpoſitione in corpore relicta.

Dentes autem, & gingiuas occulta, ac venenoſa mercurii acidi-

tas primario lædit, ſicuti reliqua acida putrefactiua ſcorbuto teſte, quæ gingiuas diſſoluunt, ac neruoſum genus accendunt,tunc ſanguis ibidem aceſcit, putreſcit omni fætore olentius tanto contagio, vt & labia eius contactu vlcus contrahant, & intus buccæ vlcerentur, idque non ſolum ab eius externa vnctione contingit, ſed etiã mercurius viuus in pauca quantitate repetitis vicibus per os aſſumptus idem præſtat, vt teſtatur experientia, notaruntque Rondeletius,atque Platerus. Huius cenſus ſunt pilulæ ex mercurio viuo Barbaroſſæ dictæ. Hic quadrat verſus ille antiquus Matheſii in Sarepta.

Terram mercur. producta metalla veneno,
Eſſe ferunt, verum eſt, nil niſi virus habet.

Hinc patet, quid ſentiendum ſit de hoc ſulphure,quod hac tempeſtate, per quorundam ſatraparum ora huius Regię,ſub credula, firmaque pollicitatione illuſtris, ſuauis, atque vitalis auræ, triſtem dirum, truculentum, fætidumque halitum ſpirat. Inde meus Hippoc. de lege, Imperitiam malum theſaurum &c. alta voce exclamat.

Nolite timere dentes, quia, nec vanam, nec vacuã quidem eius vmbram cognoſcunt

Hic

Hic ratio reddi poſſet, quare in auratores, & qui mercurij fumum inſpirant, plerumque temporum progreſſu, aut tremunt, aut artubus contrahuntur, ſed cum non ſit huius loci, ea hic prætereo.

Mercurius proinde ex Argento regeneratus, licet per integrum annum diuerſo igne in ſupranominata phiola plani fundi coctus, nullo tamen gradu per ſe præcipitari poſſe notaui, adeoque regeneratum huiuſmodi mercurium ſulphure illo externo carere, mechanica neceſſitate patet, cuius abſentia ſudores mouet, blandeque actiones ſuas perficit.

Naturalis ergo mercurius, magno ingenio in partes ſuas eſſentiales diuiſus, & reconiunctus cum nouo, & perfecto ſulphure naſcitur *ſubiectum omnis mirabilitatis* verba ſunt. H. C. Agrip. in ſcala vnitatis: ſed de eo nunc pluribus agere mei inſtituti non eſt, niſi quatenus vulgatæ medicinæ inſeruire debeat, intra limites me continebo.

Separetur ſpirit. ab aqua, vt putreſcat, & appareat granū, poſtea reducat ſp. exalto in aquā, & faciat iungere ſimul: verba Coſmopolita tract 5.

Patet ex dictis, quod nec vitriolum, nec ſulphur, cuiuſcunque ſit generis, vel vim corroſiuam ſublimato ſimilem, vel pondus addat,

vt nobis imponit turba ſcribillando ob id *vitiolum caute eſſe calcinandum, ne ſpiritus pereant*; his enim mercurius in ſublimatione non indiget, ſed ſaltem humido vitrioli ſulphure, quod eleuatur, vt dixi, à ſpiritu nitri, amboque iuncta agunt ſolum in mercurii ſulphur externum, aſſurgitque aucto igne in puluerem rubrum non corroſiuum, quem Huſerus, & Crollius Paracelſi Arcanum corallinum crediderunt: hi autem eius mentem non intellexerunt, ideoque ſunt in opinione falſi.

Cum vero vitriolo, & nitro ſuperadditur ſal marinum, tunc mercurius albeſcit, fit corroſiuus ſublimatus, creſcitque in pondere, vt ſuo loco ſupra oſtendi.

Corroditur, vt dixi, mercurius aqua forti ex vitriolo, & nitro, vel alumine, & nitro; quæ aqua poſt mercurii diſſolutionem euaporatur ad ſiccitatem, in fine igne forti adhibito, vt vaſis fundus candeat, ſic in matracio remanet puluis rubeus ab inuentore mercurius præcipitatus dictus.

Hic puluis eſcharoticus eſt, quare craſſas ſordes vlcerum, & callos detrahit, hyperſarceſin omnem ſtrenuè abſumit &c.

Mer-

Mercurium hunc in aqua forti ſolutum, eſcharoticum nimirum, rodentem, & cauſticum iubet ſcriba miſceri cum emplaſtro de ranis anodino Vigonis fol. 681. quia nimirum abſurdum inuentum eſſe putat, mercurium ſaliua mortificare, quaſi Ioan. de Vigo ignoraſſet modum ſoluendi in aqua forti, qui vulgaris præcipitati inuentor fuit, ea de cauſa, & hodie vocatur Vigonis.

Hic poſtquam ex mercurio eſcharoticum præparare docuiſſet, nunc quoque ex eodem mercurio anodinum emplaſtrum; ad mitigandos artuum dolores à virulenta lue obortos præparare docet. Commiſcuit autem mercurium viuum cum rebus dolorem mitigantibus: iuſſit itaque iſtum mortificari ſaliua, & oleo laurino: quod fit in momento quaſi, & poſtea reliquis ingredientibus ſuperaddi, & in emplaſtri formam reduci.

Hanc Vigonis mortificationem cachinno excipit reformator, euertitque textum, & ſententiam viri optimi: Inſuper addit conuicia, & calumnias, loco que mercurii viui addit cauſticum ſine ablutione vlla, vel ignis intenſione

pro

pro ſpirituum acidorum fuga, ſed dum adhuc liquor eſt, iubet axungiæ, oleoque miſceri, & ad conſiſtentiam emplaſtri concoqui.

Ex fructibus ergo cognoſcetis, reformatorem Auguſtanæ pharmacopeæ carere omni diſtinguendi peritia, quia inter Eſcaroticum, & Anodinum, magnum eſt diſcrimen, ait enim mercurium corroſiuum in axungia coctum, dulcem fieri, attamen condylomata, atque colloſas putridas carnes abſumere: quæ contradictio reſponſum non meretur, quia propria confeſſio eam condemnat, opera enim ignis probant verum ignem, & mercurius condylomata abſumens, eſt verus præcipitatus, quia facit opera præcipitati, adeoque coctoris emplaſtrum eſcaroticum, Vigonis anodinum dici nequit, quia toto cælo aduerſatur inuentoris ſententiæ. Plura de hac materia cap. 7 clauis.

Cum in mercurio verſamur, pergam eadem via oſtendere falſum acido non contrariare, vt ſcribillant. Vbi ſciendum mercurium, cum alcali repreſentet, neq; ſublimari, neque præcipitari poſſe niſi acidis, quæ cum per alcali, non autem per ſal ab eo ſeparantur,

tunc recurrit idem mercurius, qui erat antequam præcipitabatur, cuius exemplum quilibet, cui hæc res curæ eſt, ante oculos habet in mercurij vitæ ſic dicti præparatione, quæ fit hoc modo.

Si cum mercurij ſublimati (quem ſalſum oſtendi) p. ij. commiſceatur pars vna antimonij pulueris forma, ilico acidi ſalini ſpiritus deſerunt mercurium, & rodunt purum antimonij regulum, qui alcali eſt metallicum, & leuioris molis, quam mercurius, & eſt cauſa, quare hunc deſerunt. Hæc miſtura cum ex retorta propellitur, decurrunt dicti ſpiritus acidi ſaturati regulo ſoluto in forma butyri, diciturque oleum antimonij corroſiuum, quod bis, vel ter, debet ad puritatem rectificari.

In hoc oleo rectificato macerant periti adamantes, qui ex accidēti in generatione maculas cōtraxerūt, & illuſtrantur pulcherrime.

Hoc oleum ſola illinitione circulari eſt certiſſimum remedium gangrænæ, quam arcet à ſana parte, vt docet Hartmannus in praxi, & notis in crollium. Gangræna enim alcali vrens eſt, caretque acido vitali, quod hoc modo loco reſtituitur.

Cui oleo ſi aqua limpida affunditur, diluitur aciditas in ea, caditque puluis rarus, leuis, & candidiſſimus, qui toties noua aqua abluitur, vt guſtu inſipidus ſit; diciturque ineptè mercurius vitæ, cuius 7. grana cum vino hauſta vomitum, atque ſeceſſum mouent, in difficili partu diuinum ſane refugium: vocatur etiam puluis Algerotti.

Cinnabaris antimonij

Mercurius autem, qui ab acidis, & corroſiuis ſpiritibus neglectus adoritur ab acido ſulphure antimonij, & iterum conſtituunt occultum ſalſum, quod in eadem retorta ab ignis intenſione eleuatur in cinnabarim, quæ etiam bis, vel ter, per ſe ſublimari poteſt, & fit medicamentum in epilepſia non contemnendum.

Cinnabaris hæc, ſi cum alcali quodam commiſcetur, & ex retorta igne vehementiore pellitur, tunc alcali bibit ſulphur antimonij, & mercurius redit currens ſine perditione virium, vel facultatum.

Aurum itaque non ſoluitur ſine ſale in acidis, vt neque antimonium, imò neque ipſe mercurius: ergo ſal non deſtruit acida, vt nec vice verſa. Myſterium operoſa mi-

nerua

nerua aperuit contemplatoribus naturæ arcanorum non iniucundum.

Tandem ſal ſi cum acidis inimicitiam, aut occultam, aut apertam haberet, id ſane fieret manifeſtum in ſolo butyro antimoniali adeo ſenſibili, vt ſi vnica ſaltem aquæ guttula inciderit in illud, ſtatim acidi ſpiritus aquæ ſeſe aſſociant, & ſolutum antimonium albeſcit. At in dictum butyrum inijce ſal commune naturale, vel artificiale, vel alia ſalſa, etiam in quantitate, nil ſane mouebitur, ne turbabitur quidem, tantum abeſt, vt illud deſtrueretur.

Dicta cum factis componit.

Cap. 25.

IN aqua oſtendi alcali, nunc porro ignem acidum eſſe mechanicè demonſtrabo. Reformatoria turba docet crocum martis, quem aperitiuum vocat, cum acidis præparare, quem probo: docet & alium crocum in ſola flamma, quem adſtringentem appellitat, ignorans quod, & ignis flamma ſit acida, vnde & hic crocus ſimilis erit priori: hunc voca, vel adſtrin-

gen-

gentem, vel aperientem iuxta effe-
ctum, quem poſt ſe relinquit, &
non à præparatione. Ferrum enim
quocunque modò præparatum
per os aſſumptum habet faculta-
tem roborandi, quia combibit aci-
da errantia, ex ſplene ortum du-
centia, & idem ferrum reſerat ob-
ſtrictiones hypochondriorum, at-
que mulierum menſes promouet.
adeoque ferrum per ſe aperit, &
adſtringit iuxta acidum, quod
cum illo concordat. Plura vide in
Clauis cap. 8.

Aciditatem communicant flam-
mæ omnia combuſtibilia, quæ
flammam edunt, vt ligna, frutices,
herbæ &c. Hanc inflammabilem
aciditatem diuendit in Appendi-
ce fol. 73. pro ſpiritu ſalis armonia-
ci acido, & hoc loco illam plane
ignorat.

Natura in omni re ſimilis

Multis videbitur me, hoc loco
paradoxa proferre, quòd ignis
flammam acidam dictitê, imò re-
peto, ignem accedere proxime ad
ſalis naturam conſtantem ex alca-
li, & acido, ea propter eſt mordi-
cans, acris, acetoſus, incidens, ſub-
tilis, penetrans, purus incorrupti-
bilis, incombuſtibilis, & eſt illud,
quod à corruptione præſeruat: &
ſicut in ſale acidam partem ſepa-
raui,

rauit, eam nunc etiam in flamma ſeparabilem eſſe; hac mechanica oſtendam.

Plumbum exuritur acidis lignis in minium, plumbi lib. 100. poſtquam in minium conuertuntur, reperiuntur centum, & decem: quæritur vnde minium acquiſiuit decem libras? profectò nil ei ſuperadditum fuit, niſi ſola flamma, hæc ergo aſſumpſit corpus in plumbo, hoc autem corpus, quod plumbum auxit, ex flamma eſt acidi ſaporis, id probat ſequens mechanica. *Plumbum fit minium*

Diſtilla ex retorta vitrea aperto igne illud ipſum lignum, quo cum plumbum exuſſeris, & extillabit liquor acidi ſaporis, qui ſi ſuperfundatur plumbo laminato erodit ipſum, & rodendo coagulatur, ideoque pondere augetur plumbum. Hic acidus liquor flammæ forma plumbum lambit, eique commiſcetur, fixaturque in alcali.

Refunde minium in plumbum, & habebis centum libras vt prius, adeoque decem libræ non erant, nec minium, nec plumbum, ſed acidum ignis ope ligno expulſum. Hoc autem cum non ſit de natura plumbi, cum eo non colliqueſcit, cum autem *ſibi ſoli ſufficiens non*

eſt,

eſt, vt ait Hippoc. fugit in plumbi reductione in elementa, vt de ſale tartari, oleo, aceto, & reliquis ſupra oſtendi.

Hoc alcali artificiatum ex plũbo in minium conuerſum cum igne, & acido vegetabili.

Plumbum lithargyr. Vel idem plũmbum cum acido minerali in lithargyrium, ſi cum oleo, vel pinguedine coxeris, tunc alcali ſorbet occultum acidum pinguedinis, & nutritur, & acidum viciſſim in alcali, & coagulantur in neutrum.

Sic fit emplaſtrum triapharmacon, vt, & de ceruſſa, reliq; ſiaque huius cenſus, vt in ſapone oſtendi, cuius inſpiſſationis cauſa, hactenus reformatori ignota fuit, vt teſtatur in epiſtola ad me, quod nimirum oleum tartari pingue cum alcali picis inſpiſſabatur (vt cap. 21) & pharmacopeis hæc ſecundum dum artem coquenda ſcribit.

Emplaſtra ex plumbo antiquiſſima, chimica arte parata

Inter metalla autem nil reperitur, quod cum acido quoquo promptius in amicitiam coeat, quam plumbum, iuxta acidi enim ſpeciem mutat formam, non ſecus, quam vegetabilium alcali, vt ſuo loco oſtendi.

Aceti vapor illud in candidam vertit ceruſſam: acidum in flamma,

ma, in rubrum minium, cum acido ſulphuris in igne vertitur in nigrum, quod plumbum vſtum dicimus, cum acidis mineralibus varijs commixtis in lithargyrium duplex vertitur, cùm acido argillæ flauæ in vitrum buxei coloris, cum acido argillæ nigræ in fuſcum colorem vitreum vſtulatur (adi Vitrarios) ea de cauſa, qui metallorum fuſioni, & purificationi ſtudent, illud honorant, quod omnis generis acida abſorbeat, & metallum ab omni macula purum, in probatoria cupella relinquat.

Nō in inopportune hic ſoluitur queſtio expertiſſimi metallorum probandorum per Bohemiam Magiſtri Lazari Etkeri, quam inſolutam Philoſophis diſcutiendam relinquit.

Lazari Erkeri quaſtio

Cur nimirum cupella probatoria æris, vnà cum impoſitis ante operationem, & poſt ponderata grauior ſit poſt, quam prius?

Hanc ſoluo ex fundamento naturalis Hippocraticæ doctrinæ, quod nimirum cupella probatoria paratur ex cinere loto, & omni ſalſedine priuo: vel paratur ex oſſibus combuſtis, quæ in cineribus nihil ſalis relinquunt, adeoque cupellæ, tam ex cineribus, quam oſſi-

ſoluitur

bus

bus factis alcali inane, & vacuum repreſentant, cum vero ex lege naturæ ſoli, & inanes eſſe nequeunt, antequam in vſum vocantur, replentur humido aere, vt de alcalibus oſtendi. Cum autem ignis admonetur, huius potentior aciditas expellit debilem humidum aerem, ſibique imperium, & poſſeſſionem arrogat, ſic alcali ſaturatur ignis acido, coagulatur, fixatur, cupelliſque pondus additur, non ſecus, quam aciditas ignis in plumbo coagulatur pro minio, illique pondus addit.

Ex eodem fundamento fiunt pilulæ plumbeæ, quibus vtuntur, qui auium venatione delectantur, plumbo liquefacto ſuperaddunt auripigmẽtum ſulphureum, & ſeui tantillum, & ex ferreo cochleari roſtrato in aquam frigidam continuato filo effundunt, & totum plumbum vertitur in ſphærulas maiores, & minores, quas cribro in claſſes diuidunt.

Quare autem auripigmentum, & non commune ſulphur ſuperaddunt? ratio eſt, quod hoc flammam edit, & plumbum combureret: illud autem fumum ſaltem ſulphureum emittit acidum, cui plumbum vt alcali auſcultat, illo-

que

que ſaturari optat, ideo eleuatur quaſi fermenti more in liquidam forma: vt autem in effuſione liquidius fiat, addunt ſeuum.

Sic veteres notarunt ex acido inchoari in viuentibus omnes inflammationes, atteſtante id Hippocrate de priſca medicina. *In homine*, inquit, *ineſt acidum, acerbum, acidiſſimum, aliaque ſexcenta, quæ pro copia, & viribus varias habent facultates*, excogitarunt propterea ex plumbo varia vnguenta, & emplaſtra, quo acidum illud abſumerent, & quo ſæpius dicta vnguina mutantur, tanto celerius acidum conſumunt, malumque tollunt: hanc acidi abſumptionem pro vulgi captu refrigerare vocamus, quatenus caloris cauſam mortificat.

Pro corollario huius capitis dico, quod ab imperioſo ignis acido, quam plurima veniunt in lucem, quæ alias oculis ſepulta, & abſconſa manerent, vt oſtendit coraliorum tinctura.

Nudo igne reuerbera coralia integra ex. gr. vncias 12. per 6. dies, & noctes (peritus eodem vtitur igne pro ſp. vitrioli diſtillat.) & reperies vncias 15. ideſt tribus vncijs aucta, & in puluerem ſubtiliſ- *Corallorũ tinctura*

ſimum

ſimum mutata. Hoc augmentum nil aliud eſt, niſi acidum ex flamma, quod coralia diſſoluit, & cum ipſis coagulatur, & fixatur acidorum more in ſalſum.

Huic ſalſo pulueri cum affuderis acetum diſtillatum, bullas non emittit, vt alias contingit in corallis non reuerberatis, acido enim ex igne ſunt ſaturata, acetum diſſoluit corallorum puluerem, in pellucidum, ſemiacidum liquorem, qui licet pellucidus, vt ſimplex acetum diſtillatum, & ſine colore, latentem tamen habet ſanguineam rubedinem, quam affuſio Spir. vitrioli, qui per 6. dies, & noctes, vltimo, & naturæ, poſſibili igne ſit expulſus, in momento manifeſtam reddit.

Tinctura hæc rector eſt, vel archeus, qui cum corallorum vita pari paſſu ambulat, magnarum virium, mori neſciens, ne quidē in igne, vt in vino oſtendi.

Hanc rubedinem non introduxit, neque acetum, vt neque ſpiritus vitrioli, aliàs ſemper rubeſceret mixtura, quando magiſterium ex corallis, vulgari modo præparatur. Oportet ergo mechanica neceſſitate, vt hęc rubedo in corallis clàm latitaſſet, & ignis ope ad maturitatem perducta fuiſſet, de qua nunc plura diſſerere, lubens ſuperſedeo: ſatis eſt, quod contra ſomniatam doctrinam, acidum hoc corallorum ſalſum non de-

ſtru-

ſtruxiſſe, horumque tincturam in igne conſtantem me oſtendiſſe, quam porro ingenio ſeparabis, & ſe ipſa laudabit.

Spiritus vini tartarizatus, etiam ex non vſtis tincturam extrahit.

Sic quoque antimonij flores candidiſſimi ex regulo ſublimati Tychonis Brahe; quorum meminit Sennertus tractatu de peſte, in reuerberij igne, paulatim tamen admoto fixantur planè, & deinde rubidum acquirunt colorem, non ſecus, quam illud in ſpiritu nitri corroſum, cuius ſupra mentionem feci. *Antimonium fixũ.*

Similiter, & antimonium crudum fixatur eodem tractamento in candidiſſimum puluerem, non ſecus, quam illud, quod cum tribus nitri partibus in antimonium diaphoreticum exuſtum, & calcinatum eſt, de cuius recto vſu, & quid præſtare poſſit in medicina, ſuo loco oſtendi.

Acida itaque ignis flamma, non ſolum plumbum, antimonium, reliquaque alcalia diſſoluit, ſed & ipſum ferrum in ſubtiliſſimum puluerem, quem crocum martis appellamus, quod tamen ſicut reliqua metalla reducibile non eſt, propterea Horatius illud calcina-

tum, ſterilem vocat, rubiginem huius occaſione de eius proprieta tibus quædam dicenda.

Præcipitationis modos, & neceſſitates indicat.

Cap. 26.

DE Ferri proprietatibus, & actionibus, quas, & quomodo eas perficiat in humano corpore, multi multa dicunt ſcriptores, quorum catalogum recenſet indefeſſus. *Sennertus lib.* 3. *p.* 2. *ſec.* 2. *cap.* 7. pauci vero rem tetigerunt propter Hippocraticæ doctrinæ inſcitiam, dicam autem quomodo adſtringat, vel quomodo laxet.

Ferrum adſtringit manifeſtè, ideòque ſtomachum, & vicinia quæque roborat: conuenit itàque dyſenteriæ, lienteriæ, diarrhœæ, omnibuſque morbis laxis, & diſſolutis &c. Quibus reclamari audio, quod ferrea medicamenta mulierum menſes promoueant, reſtaurentque iecinoris, & lienis defectus, adeoque hinc potius laxare, quam adſtringere.

Quibus reſpondeo in nobis nimirum, non raro oberrare, ſal quoddam reſolutum, genitum ex acido

acido, & alcali minus inuicem concordantibus compoſitum, ob id diaphæreſi,& tranſpirationi ineptam, neque medicamentis purgantibus auſcultare, vt experientia docet, voca hoc vt placet, humorem plane excrementitium, vel in prima, vel in vltima corporis regione exiſtentem, cuius ſiue vterus,hepar, lien, renes, pancreas, meſenterium, vel ſtomachus ſit productor,idem nunc eſt. *Ferrea medicamenta*

Sumpto itaque ferro, quod vt ſupra mechanicè oſtendi, omnia acida facilimè combibit, illicò ſal illud nouum liquidum,acetoſum. ad ferrum præceps ruit, eique adhæret,vt illud diſſoluat.

In diſſolutionis actu dictum acetoſum ſal, vel acetoſus humor excrementitius, dum ferro adhæret,illudque rodit,coagulatur iuxta ſaporis ſpeciem, vel in nigrum, vel in viride liquamen, vt alui excreta teſtantur: non ſecus,quam ſi idem ferrum ſub artificis manu diſſoluitur in ſpiritu vitrioli fit viride, ſi in aceto, ſolutio rubeſcit: natura enim,tam in macro, quam microcoſmo iiſdem inſtrumentis operatur,docet Magiſter.

Cum vero ferrum in acido naturali ſtomacho valde grato li-

quore diſſoluitur, vt ſunt huius cenſus aciduli ferro immaturo prægni, & potatur, penitus admittuntur ad intima huiuſmodi liquores, & abſumuntur, ferrum vero vt dixi alimoniæ ineptum ab acido ſeparatur, alcali actione, à commiſto, in qua ſegregatione confluunt dicti ſalſ-acidi humores ad ferrum, illi adhærent, atque vnà per inferiora exturbantur.

Simili prorſus modo contingit argento in aqua forti ſoluto, in hanc ſolutionem, ſi cupri lamellæ inijciuntur, tunc ſtatim aciditas aquæ fortis deſerit argentum, & rodit cuprum.

Rurſus in illud ſolutum à cupro viride, lamine ferri mittam; ſic acidi ſpiritus aquæ, cupro ſaturati, confluunt ad ferrum, illudque rodunt, cuprumque deponunt, quia ferrum facilioris ſolutionis quam cuprum.

Ferrũ mutatur in cuprum. Goslarienſes ruſtici in aquam vitrioli cuprei prægnam proijciũt, ferrum antiquum, illud ſuo tempore in cuprum mutatum, extrahunt, vendunt, quia per fuſionem cuprum euadit, hanc metamorphoſin, plurimi veram tranſmutationem eſſe crediderunt, vt & hodie creditur, vt ſcripta doctorum vi-

virorum teſtantur.

At penitius inſpiciendo, aqua naturali acido prægna, percurrit cupri mineram immaturam, quã rodit in vitriolatum cuprei ſuccum, cum vero acidus hic ſpiritus reperit ferrum, quod leuius eſt cupro, hoc rodit, & eodem modo vt ſupra oſtendi, in diſſoluti ferri locum ſuccedit cuprum, adeoque non eſt tranſmutatio; ſed neceſſaria præcipitatio.

Ita in humano corpore contingere mechanica ratio, & neceſſitas dictitat, præſertim cum natura in omni re ſimilis exiſtat, vt Senex docuit. Niſi enim excrementitius humor cuiuſdam ſem acidæ naturæ, & ſaporis eſſet, ferrum in corpore, non diſſolueretur in viride, vel nigrum liquamen, vt quotidie oculis intuemur, & etiam cap. 16. manifeſta mechanica oſtendi: & niſi excrementa dicto colore tingantur, iam ferrum, ferreæque aquæ inconſideratè propinantur, non enim reperit humorem idoneum, à quo ſoluatur, tunc ſanè ferrum adſtringit, licet inclytæ facultatis medicæ Vienenſis crocus martis aperiens aſſumptus per os fuiſſet. Curioſus videat Clauis cap. 8.

Acidorum vſus & abuſus.

Idem intelligendum eſt, de acidis ſpiritibus, vt vitrioli, ſulphuris, nitri, ſalis &c. hi niſi reperiant alcali errans in corpore humano à vitalilate proſcriptum, & ob id morboſum, quod acidos ſpiritus in ſe combibat, & vna in ſalſam vrinam mutentur, plus nocent, quam proſunt, tunc enim proximum ſtomachi alimentum, nimia ſua aciditate inficiunt, & alendo ineptum reddunt.

Medicus amicus Romæ anno 1656. peſtis tempore, cuius quoque de podagra mentionem feci, præſeruationis gratia vtebatur ſpiritu ſulphuris in copia: hic Arthriticus euaſit poſtmodum nonniſi alcali animalium reſtitutus. Alcali enim combibit acidum errans, per corpus diſperſum, quod, ventriculis manifeſta acida non perferentibus, dolorem, & morbum excitabat *docente id Hippoc. de medicinis purgātibus. Acidos cibos, ſiquis citra delectum, ac inconſideratè exhibeat, nihil commodi perficient.*

Hac præcipitationis neceſſitate factus eſt magnæ Hetruriæ Ducis, clauus aureus, quem Ferdinandus Primus. P. M. ſequenti teſtimonio, quod cum clauo Floren-

tiæ

tiæ ſpectatur, ornauit.

D. Leonardus Turneiſſer, clauum ferreum, me præſente, ac vidente igne calefactum, ac oleo immiſſum, in aurum conuertit. Romæ die 20 *Nouembr. poſt prandium*.

Huiuſmodi clauos aliquoties ludendo propria manu parauimus. Qui vero metalla vulgari, & ruſtico modo tractant, illis videtur impoſſibilis ferri, & auri conglutinatio, credunt itaque pro certo hunc clauum verè ex ferro in aurum tranſmutatum eſſe, huius opinionis cauſam confirmãt, quod aurum ferro non adhæreat, imò aurum liquatum illud in momento, ſicut ſulphur corrodat, & in rubiginem vertat.

Sicut ſulphur commune, ſic aurum ferrum in rubiginem vertit.

Connectitur autem ferrum auro, per præcipitationis neceſſitatem, vt dixi, nimirum eo fundamento, quo ferrum cuprum præcipitat.

Gluten ſit ex cuprea moneta, vel ex auro & argento colliquatis

Seca igitur clauum ferreum in duas partes, extremitatem humecta ſaltem ſaliua, & ſtatim tange humidam partem cum cupreo vitriolo, & in ipſo puncto ferri extremitas rubeſcit, acquiritque cupri naturam. Cupro autem facilimè aurum aſſociatur.

Cupreo huic ferro, adapta cuſ-

pidem ex auro puro factam, cumque borrace, & aurea ſolidatura (glutine auri) in carbonum commodo igne more ſolito colliquato, & habebis clauum aureum tantæ famæ.

Hunc Turneiſſerus tinxit ferrugine, ſub qua aurum abſcondit, ac magno Principi (ſine dubio) manibus tractandum obtulit, qui ita hariatus, à peritiſſimo quoquo ferrum diiudicabatur, quem igne calefecit, ac in oleum quoddam (vt ait teſtimonium) intinxit, quo actu abluit ferruginem, & aurum apparuit. En artificium, ſi artificii nomine dignum.

Sed redeamus ad ferrum, quod aſſumptum per os, liberat ab abſtructionibus à ſupra dicto excremento obortis, & aperit per accidens, abſorpto ſcil. coagulatore, acido errante, & à natura proſcripto, non tamen quod per ſe proinde deſinat eſſe conſtrictiuum, & roboratiuum.

Diaphragma non aſcendit.

Aperit ergo poteſtate ſpecifica, & appropriata, quatenus reperit acidum degeneratum, hypochondriis morboſum, quod abſorbet, vtpote illi gratum, & appropriatum, ac vnà per inferiora deturbantur.

Con-

Conſtringit vero qualitate ſecunda, dum ſcil. non ſoluitur à morboſo Hypochondriorum acido, tunc ſanè eius vſus valdè nocuus, & ab Auicenna rectè inter venena connumeratur, vt in Clauis cap. 8. ex profeſſo notaui.

Notandum, quod vitriolum martis non ſit offerendum in laxis, & diſſolutis morbis febrem comitem habentibus.

Nux Caſſa. Cap. 27.

CVprum, dixi, ab aceto verti in æruginem, hanc ſtillare iubet reformator. *Memini*, inquit, *in Appendice fol. 72. me mentionem feciſſe, cuiuſdam menſtrui ſecreti; hoc menſtruum quanquam iubebat malignorum, ingratiſſimorumque cuculorum canina inuidia, inter ſecretiora arcanorum ſcrinia detineri, nec tam citò in meridianam lucem emitti; dum tamen omnem vindictam, ingratitudinis, & odij, vnde mihi pro beneficijs iniurioſè illatis, Deo relinquendum, ſuadet rectè factorum conſcientia, vt bonitati publicæ, rem præſtem gratam, ſpiritum prænominatum, publici iuris faciam, cui magna remedio-*

Triſtis ſeueritas quidem ineſt in vultu: at verbis nulla fides: Terent. And.

rum pars tanquam columna, non exigua innititur.

Quid nunc docet Regius noſter Doctor? *ſpiritum veneris, & menſtruum ſecretum!* (Riſum tenete amici) quod propter indignos detinere decreuerat. Vah, impolita ruditas! ſed quis vnquam in hoc viro tantam liberalitatem, totque beneficia pro publico bono quæſiuiſſet, niſi ipſe ſe manifeſtaſſet?

O curas hominum, ò quantum eſt in rebus inane?

Centum, & plures anni ſunt elapſi, ex quo Baſilius Valentinus, hanc aceti diſtillationem in vulgus edidit (in libello quem inſcribit *Manuductionem medicinæ* idiomate Germanico, & rurſus impreſſo *Francofurti apud Lucam Iennis anno* 1625. *in quarto*) ſub titulo; Vera Perlarum Solutio: Hunc reformator à Baſilio mutuauit, ſuppreſſo Autoris nomine ibique de verbo ad verbum habetur, & hunc non ſolum venditat, pro ſoluente vniuerſali, ſed (inſuper ſuum fingit eſſe inuentum, ſcribillatque: *Spiritus noſter veneris*) & pro LIQVORE ALKAHEST *in Pharmac. Regia fol.* 170. Adeo vt non ſine fatali prænuntiatione Iohannes Fredericus

Bauz

Buez, reformatoris nomen digniſſimo Anagrammate Pharmacopææ præfixit, quod ibidem videri poteſt.

Addit autem reformator ſine erubeſcentia. *Hic laudatiſſimus ſpiritus in medicina, non ſolum magnarum virium eſt, cum Epilepticis, Apoplecticis, Hyſtericis, Hypochondriacis ſummè opitulatur, legitimè, ac debitè exhibitus, verum etiam tanquam LIQVOR ALKAHEST ſe habet, & non vt reliqui ſpiritus acidi, qui ſoluendo patiuntur, & deſtruuntur, inque aliud ens conuertuntur &c.*

Ad quid inconcinna ſumptuoſa, laborioſa, & nauſeoſa Regia cōpoſitiones, ſi acetum omnibus gratum hanc habet poteſtatē.

Vtinam Baſilius, dum diſtillare docebat hoc acetum, impoſtores timuiſſet, ſicut Hippocrates, Paracelſus, & reliqui: reformator hoc pro LIQVORE ALKAHEST, non venditaſſet, imò nec tot encomiis illud decantaſſet, vt nec mundo, tam fraudulenter impoſuiſſet. Hoc acetum quouis pretio redimendum ſuadet, additque ſequentia magnifica verba, quæ propterea albo notabis calculo, ſcilicet.

Hoc lector amice fruere ſecretò, inquit, *& fauore mei, pro fideli communicatione beneuole perſeuera.*

Turpe eſt Doctori cū culpa redarguit ipſum.

Proh Iupiter : huc adeſte perſcrutatores acerrimi , vobis illuſtratum eſt ſecretum nuſquam ab aliquo ſcriptis mandatum . Sed ridet natura, pro veritate nunc pudenda commenta docere : ſunt , qui ſine magno labore, tempore, & ſumptu ſimilem, imò potentiorem liquorem ex aceti matre in magnum vas, recipiens diſtillant, quem tamen pro Alkaheſt non proclamant.

Videamus nunc ſubiectum, ex quo reformator miſerabile, mirabile volui dicere, ſoluens,& laudatiſſimum Alkaheſt diſtillat,dignoque nomine ſibi appropriat , appellatq; SPIRITVM NOSRVM VENERIS.

Illud eſt ærugo, vel æs viride , quod ſic fit:cupri laminæ cum vinaceis iam aceſcentibus conduntur : harum aciditas rodendo cuprum, cum eo coagulatur in ſal, ſicut omni acido rodendo contingit, vt de plumbo , & corallis ad oculum demonſtraui . Iſtud viride cum aceto diſtillato mundificat reformator , indè ſanè nil aliud, quam acetum extillare poteſt , vt Baſilius candidè fatetur loco ſupra citato : non ſecus, quam ſpiritui vitrioli euenit , qui rodendo cuprum

prum vertitur in vitriolum, quod ſi diſtillatur, nil aliud, niſi idem vitrioli ſpiritus, ſeu ſtagma, quod affudiſti, elicitur; iuxta illud, nemo dat, quod non habet.

Remanens caput mortuum, vel fæces funde in tigillo, addito pauxillo nitri, & tartari, & redit cuprum, quod fuit, priuſquam cum aceto in æs viride eroſum eſſet.

En ſecreta, & arcana materia, quam Reformator ſuperflua liberalitate, pro bono publico communicare voluit, *& quouis pretio redimendam ſuadet. Hoc ſecretò*, inquit, *fruere lector amice*.

Apage his cum impoſturis, quas vulgus ridet, iiſque fidem non habet, qui nouit ſecreta, non eſſe detegenda, niſi in parabolis, allegorijs, metaphoris, inuolucris, & ſimilibus figuris in omnibus ſcientijs: ſic iuſſit fecitque Pytagoras, Orpheus, Hippocrates, omneſque antiqui vates, & Philoſophi, quorum ſtudium ſemper fuit naturæ ſecreta, varijs ænigmatibus, & inuolucris obtegere, in auribus inſipientum, ne loquaris, *inquit Sapiens*, quia deſpicient doctrinam eloquij tui. Sic Iohannes Picus, libro de dignitate hominis, Pytagoras, Plato, Boetius, Macrobius,

Cornelius Tacitus &c. omnes vnico ore ſanciunt, ſecreta non eſſe detegenda, eò vt dignè impediantur indigni.

Sed age nonne minore cum labore, & diſpendio vti licet aceto ſimpliciter diſtillato, cum ſit vna eademque res? Nonne Tyrocinij ſcriptores, ſal perlarum, & coraliorum præparare docent cum aceto diſtillato, & poſtea abluere? quæ tamen ablutio inutilis reperitur, acida nimirum coagulantur cum ſoluto, vt vbique oſtendi: vt autem paucis in ſummam contraham: acetum diſtillatum commune, & *ſpiritus veneris* reformatoris, non ſunt niſi aqua imprægnata ſale acido volatili, & ſi illud quicquam rodit, coagulatur confeſtim, quod poſtea per combuſtionem fixatur in alcali.

Spiritus veneris, acetum diſtillatum eſt.

Qualem prærogatiuam habet, nunc magiſterium corallorum, & perlarum reformatoris præ alijs, quæ Tyrocinia ponunt? id ſanè docet ſpiritus vitrioli, vel ſulphuris, qui præcipitat vtrumque: cuius ratio eſt, quod potentior aciditas apprehendit ſolutum, & in illo coagulum ſuſcipit, & ob id etiam pondere creſcit, quam exinde repetere non licet, niſi violento igne.

Nulla

Nulla ergo differentia eſt inter ſpiritum fictum Veneris, & acetum communiter diſtillatum, niſi quod hoc dilutius,& aquoſius ſit, quod viginti argumentis in Clauis cap. 6. contra Inclytæ facultatis Vienenſis membra probaui, quæ Pharmac. Regiam ſtudioſè (notetur dictio ſtudioſè)perlegerunt, attamen nihil de medicina, quam profitentur, inclyta illa membra virilia intellexerunt, vt teſtatur Decanus in cenſura.

Siccine *Deo proximo, & veritati*, ſatisfacit ſcriptor, vt peierat in animaduerſionibus? Hæcine *ſunt adinuentiones ex vera ratione, & experientia conſcriptæ, nemini tamen adhuc viſa, vel animaduerſa ad ſolatium generis humani, vt habet præfatio appendicis*: Itane fallendus, & deludendus Hærus, cui promittitur in dedicatoria, quod ignoratur: *genuinam* ſcil. *componendorum medicamentorū methodum, & vſitatam ab erroribus mundare, ne populus in æris diſpendium, & valetudinis ſæpè ſæpius præcipitetur, vt hac in parte, & ſubditi fælicius viuant*: venditare ſcil. acetum pro Alkaheſt? Hæccine ſūt illa *quæ omiſſis negotijs neceſſarijs in vulgus, cum tanto*

Quo ſemel quis peierauerit, ei credere, poſtea non oportet Cic. pro Rabir. poſth. 21.

Chi dice il vero non s' affatica, & mi marauiglio del tuo ſudare! diſſe Dante

to labore profecta ſunt? vt loquitur epilogus.

Sed ſcriptor, aceto ſuo ebrius non ceſſat miranda cantare: *ſpiritus noſter veneris*, inquit, *in append. fol. 83. extrahit ex chalybis limatura adſtringentem tincturam*. Hem quid audio! noua res! quaſi non quoduis acetum cum ferro limato non rubeſceret? Fabris ferrarijs notiſſimum.

Acetum cum ferri limatura, rubeſcit. Spir. autē vitrioli vel ſulph. coagulatur cum ea in vitriol.

Paulo ante fol. 798. in Hermetica mantiſſa inutili docet, quod *crocus adſtringens ſola reuerberatione, nulla alia re admiſta, exactiſſimè præparari poteſt*, nunc vt aceto fides adhibeatur, concedit vtrumque. Quid iſtud eſt aliud, quàm impertinenter, & ignoranter nugari? imò docere ſalis, & aceti contrarietates, & vtrûmque non cognoſcere.

Porro magnifici Domini De Cani, inclytaque membra ſubſcripſerunt, acetum ſcil. ſeu fictum ſpiritum veneris inſignes, & ſaluberrimas vires à cupro mutuatas poſſidere: Hanc tamen aſſertionem hoc loco nunc eorum dux, magiſter, & ſocius apertè negat: inquiens *in animaduerſ. de Theriaca: Vitriolum venereum, ſaporem habet inſigniter adſtringentem, nauſeam,* vo-

vomitumque in parua etiam quantitate commouens, vt ingens ſuſpicio ſit, venenum quoddam huic vitriolo commixtum eſſe, atque ob id hoc ipſum minimè aptum cenſeo, vt huic compoſitioni iungatur.

Adeoque ſaluberrimas vires; quas cuprum pro ſpiritu veneris poſſidere peierat, hoc loco nunc retractat, & venenum eſſe contra ſtipatores iuſtè reclamat. Hac nimirū ratione à ſupremo Cōditore cautum eſt, vt venenum cupri in igne ſit conſtans; & cum volatile aceto non aſcendat, ne per ignaræ turbæ menſtruum ſecretum, totius Auſtriæ innocens populus, ſecretè iugularetur.

Quo titulo autem magnifica hæc ſocietas, miniſtri naturæ officium adminiſtrauerit, hactenus paucis ex propria ſubſcripta confeſſione, ad oculum oſtendam; exinde reliqua doctrina eorum, facilimè intelligitur.

Magiſtra natura, in artuum vehementiſſimis gallicis doloribus, indicat miniſtris, vnguentum mercuriale anodinum, in eorum mitigatione applicandum, hi verò ficti, pro indicato anodino afferunt *mercurium corroſiuum*, toto *Pharmac.* cælo contrarium. interim à vili *fol. 682.*

plebe

plebe tamen canonici audire volunt.

Languens Podagrica natura ex acido, afferri, & applicari ſibi indicat inſipidum alcali, acidum abſumens, vt eſt aqua ſpermatis ranarum, & huiuſmodi ſimile, dicti vero miniſtri indicatum negant, reſpondentque dolenti Dominæ naturæ eſſe contra methodum, *& periculoſæ plenum opus aleæ, ancipitis ſcilicet euentus, repellentia admouere, & veſaniam, & nequitiam ſimul arbitrantur, huiuſmodi ſimplicibus catarrhum repellere*: vide, & cap. 19. huius libri.

Apol. fol. 116.

Et rurſus, natura peregrino acido, febrili accenſa, indicat, eſſe illud acidum combibendum cornu Cerui, ſimilibuſque cruſtaceis, hi vero miniſtri (rationales ſcilicet) aiunt *ad locum affectum talia pertingere non poſſe*.

Apol. fol.

Natura, anodino apoplectico ſuccumbens, ſibi poſcit auxilium ab aromatico ſpirituali odore: putatitii vero miniſtri afferunt fœtidum tartari, & ſaturni ſalis diſtillatum liquorem, ſub titulo *Aqua Apoplectica mineralis.* Non ſecus, quam ſtolidus ſeruus, cui ſitiens, Herus indicaret, afferri ſibi potum, hic verò obtuſi, & aſinini intelle-

Pharmac. Regia fol. 890.

tellectus porrigeret fætidam matulam: ſimiles ſunt iſti ſæpius nominati naturæ ficti miniſtri, vt per totum ſcriptum naturali ſermone, atque mechanicè demonſtraui.

Exitus acta probat.

Cap. 28.

SCiendi deſiderio Pharmacopæam Regiam à reformatore ingenti gloriolæ pruritu conſcriptam, multiſque abſurdiratibus repletam euolui: promittit Regibus, *ſulphur vitrioli narcoticum*, ſub titulo, *Laudani ſol.* 849. ſed de hoc verè dici poteſt: Rex euaſit fati ope, & non vitrioli ſulphure narcotico, quod nullibi in toto receptariorum volumine reperitur.

Sic etiam Reginis promittit ludum præparatum ad generandum lac, quem nunquam vidit, aut agnouit, hinc vulgo in prouerbium ceſſit: *mentiris vt medicus.*

Hoc eius ſulphur, illiuſque ludus præparatus patriam non mutant, neque trans mare currunt, dulce illis natale ſolum, vbi nata ſunt, in cerebro ſcil. reformatoris ibi perpetuò hærent.

In ſumptuoſiſſima appendice

Re-

Regiæ Pharmacopææ, ſplendido apparatu decorata: non lego Rege digna, niſi meras impoſturas, & in omnibus ferè compoſitionibus *Mag ſterium noſtrum ſolubile*: quę vana oſtentatio, vel ipſi Heraclito riſum mouendo eſſet, quod tamen nil aliud eſt, niſi perlæ, & coralia cum aceto corroſa, vt cuilibet pharmaceutices Tyroni ſatis notum eſt.

Ipſus autem deridet, & cachinno excipit *ſcriptorum longa recepta; in Append. ad Animaduerſ. fol.* 53. ſed quis vnquam vidit, aut legit longiora, quam in hac Appendice? quis inconcinniora? Exemplum ſit illud compoſitum, quod ſpecioſo titulo *Pilularum Regiarum inſcribit fol.* 123., vbi ſane opium omnes effectus, quos promittit, ſolum edit, ad quid ergo aurum corroſum? cuius ſimplicis nulla eſt cognatio cum opio, columna pilularum. De his canit Homerus.

Pharmaca mixta, ſalubria multa, & noxia multa.

Profectò congreſſiones ſimplicium, ad ignari lubitum factæ, Reges infatuant, & exanimant, *occaſioque medendi, in momento labilis incertis coniecturis præterire facit*:

cit: docet Magiſter 1. Aph. 1.

Vnicum hoc addo: receptorum combinatores, tanquam ſortilegos conſulo fugiendos, & propellendos, qui ſuis prodigioſis compoſitionibus de malis noſtris negociantur, & ſuper vitam noſtram mittunt ſortes: impoſſibile eſt, inquam, vel ſaltem difficile, vt de ſola vrtica oſtendi, aliquid certi ſtatuere poſſe, niſi ſola opinione, planeque ignoratur, quodnam inter tot remedia proficuum fuerit.

Quotieſcunque autem ſingulæ res intentum non habent, tunc nimirum compoſitione indigent, vt de potionibus vulnerariis, de tincturis, & atramentis, luculenter demonſtraui, & adhuc vnico exemplo oſtendam.

Sit ſaluiæ ſucci pars vna, vitrioli martis pars media, hęc ambo commiſta, ſubito nigricant: alcali enim occultum ſaluiæ, vitrioli acidum abſorbet: poſt horam acidum minerale, & nobilius ſuperat debile alcali vegetabile, & compoſitum virideſcit, cui adde adhuc tres partes vitrioli, tunc non induit nigrum colorem (vt ratio ſuaderet) ſed alcali ſe aſſociat volatili acido, & vitriolum in ocram vertit, ſicut contingit, quando ſpiritus ſubtilis

ab

ab aere conſumitur, & deficiunt: verum quò digredior, quum ſciã, ferendum eſſe, quod mutari nequit.

Reformator tamen aſſiduè huiuſmodi compoſita cum ſuauitate commendat: *in Append. fol.* 38., *felices ſanè eſſent Medici, & ægroti*, inquit, *ſi ſimilia medicamenta illis ſuppeterent, quæ verè REGIA ſunt, & tam exiguo pretio, vt etiam in pauperum vſus diſpenſari* &c.

Aqua Antapoplectica mineralis. Eia, age quidni perſpicuum, rariſſimum, & inauditum impoſturæ exemplum ſit, AQVA ANTAPOPLECTICA, quam ipſis Regibus, & Regiæ Aulæ Magnatibus, vnicè præſcribit (minimè autem ciuibus Auguſtanis concedit) & cognomine MINERALIS appellat, quam tamen nil niſi acetum adaquatum, & nequidquam de aliqua minera continere: ſic probo.

Cremorem Tartari, & antimonij mineram per retortam, igne moderato diſtillat, moderatus autem ignis ex hoc compoſito, tartari ſolum phlegma educere poteſt, eò quod antimonii aciditas, in eius ſulphure conſiſtit, vt cap. ſuo oſtendi: hoc ſulphur ab acido tar-

tari,

tari, neque via humida, neque ſicca, vllo modo diſſoluitur, ſin verò vrgeatur paulo fortiore igne, nil aliud, quam flores inde colliges: quicquid ergo ex hoc compoſito ſtillat, nil aliud quam phlegma tartari eſt: *huius accipe vncias ſex*.

Spiritus veneris (quem præcedente capite, & in Claui viginti Argumentis, merum acetum diſtillatum eſſe, oſtendi) *vncias tres*.

Spiritus ſaturni ardentis (hunc non ſolum cap. 17. ſed etiam cap. 10. aceti inflammabilem, pinguedinem eſſe, luce clarius demonſtraui) *vnciam vnam ſemis*.

Spiritus vitrioli volatilis ſulphurei, ab acido ſuo ſpiritu rectificati, ideſt ſeparati ab aciditate (eſt ergo vitrioli phlegma fætorem ſulphuris habens) *vncias tres*.

Miſceri, atque vſui adhiberi, iubet Endymion.

Totam hanc ſumptuoſam Regibus ſolis adſcriptam compoſitionem nil aliud eſſe, quam acetum adaquatum, adeoque meram impoſturam, patet per examen: nihilominus tamen Regibus ægris *admodum profuturam* ſubſcribit magnificus dominus Decanus in *cenſura*.

Hac ex aqua, ſimilibuſque ridiculis

culis compoſitionibus elucet, reformatoris Auguſtanæ Pharmacopœæ mira ſimplicitas, & in medicina execranda credulitas: quicquid enim rudes, & ignaui ſocii inſuſurrarunt ſcribæ, illud extemplo pro raro, & arcano remedio amplexus eſt, & exinde Regium ſcilicet opus ineptiarum plenum compilauit. Apparet hinc, hominem non ex malitia, ſed ex mera ignorantia, & inſcitia, innumerabiles errores ſcripſiſſe, quare potius eſt commiſeratione, quam reprehenſione dignus.

At *inclyta illa medicæ facultatis Viennenſis membra*, *quæ ab initio ad finem* (ideſt omnia) *ſtudiosè perlegerunt*, vt teſtatur vltimæ editionis cenſura: Hæc inquam muliebria membra, ſi lecturam, ſeu textum intellexiſſent, non ſe tam turpiter, & euiratè geſſiſſent: ſe doctores, & artis profeſſores fingunt, attamen præter calumnias ſeſe mundo inertes, atque nil ſcientes manifeſtant, ad practicam itaque accedunt, ſicut aſinus ad fænum; neſciens ad quid roſtrum porrigat, niſi quantum ſenſus exteriores, ſine intellectu per viſum, & guſtum ad pabulum deducunt. Hæc inquam immania,

laxa-

laxaque membra incudi ſunt reddenda, Horatij ſuaſu, aut ad pontem aſininum ableganda.
Quare ad vos me conuerto, ingenui pharmacopæi, vt iudicetis, & calculū faciatis, vtrum huiuſmodi ſumptuoſa inutilia, laborioſaque opera, ex mero aceto compoſita ſint in officinis præparanda, & permittenda? & vtrum huiuſmodi impoſturæ Regibus, vel magnatibus, ſed an ne pauperibus quidem ſint præſcribendæ? ſi enim vaſa, inſtrumenta, artiſque requiſita cum tēpore ſupputetis, & nil aliud quā acetum lucramini, vbinam quæſo, reperitur pauper (vt ait) qui huiuſmodi sūptus pro reccocto, & pretio aucto aceto ſit impēdendo? Nōne præſtat, tam Regi, quam pauperi in hoc caſu, quem Deus auertat, obulum aceti vulgaris, quam hoc reccoctum artificiatum, & magni pendens? ſin vero exiguo pretio hæc, & ſimilia abſurda compoſita diſpenſabitis.

Tunc labor eſt in damno; creſcitque mortalis egeſtas.

Sed ſi craſſis, vaniſque opinionibus, à reformatore hinc indè cōmiſſis, diutius immorari vellem, numerus dicendorum nimis creſceret, quod non ſolum expertus

culis compoſitionibus elucet, reformatoris Auguſtanæ Pharmacopœæ mira ſimplicitas, & in medicina execranda credulitas: quicquid enim rudes, & ignaui ſocii inſuſurrarunt ſcribæ, illud extemplo pro raro, & arcano remedio amplexus eſt, & exinde Regium ſcilicet opus ineptiarum plenum compilauit. Apparet hinc, hominem non ex malitia, ſed ex mera ignorantia, & inſcitia, innumerabiles errores ſcripſiſſe, quare potius eſt commiſeratione, quam reprehenſione dignus.

At *inclyta illa medicæ facultatis Viennenſis membra, quæ ab initio ad finem* (ideſt omnia) *ſtudioſè perlegerunt*, vt teſtatur vltimæ editionis cenſura: Hæc inquam muliebria membra, ſi lecturam, ſeu textum intellexiſſent, non ſe tam turpiter, & euiratè geſſiſſent: ſe doctores, & artis profeſſores fingunt, attamen præter calumnias ſeſe mundo inertes, atque nil ſcientes manifeſtant, ad practicam itaque accedunt, ſicut aſinus ad fænum; neſciens ad quid roſtrum porrigat, niſi quantum ſenſus exteriores, ſine intellectu per viſum, & guſtum ad pabulum deducunt. Hæc inquam immania,

laxa-

laxaque membra incudi ſunt reddenda, Horatij ſuaſu, aut ad pontem aſininum ableganda.
Quare ad vos me conuerto, ingenui pharmacopæi, vt iudicetis, & calculū faciatis, vtrum huiuſmodi ſumptuoſa inutilia, laborioſaque opera, ex mero aceto compoſita ſint in officinis præparanda, & permittenda? & vtrum huiuſmodi impoſturæ Regibus, vel magnatibus, ſed an ne pauperibus quidem ſint præſcribendæ? ſi enim vaſa, inſtrumenta, artiſque requiſita cum tēpore ſupputetis; & nil aliud quā acetum lucramini, vbinam quæſo, reperitur pauper (vt ait) qui huiuſmodi ſūptus pro reccocto, & pretio aucto aceto ſit impēdendo? Nōne præſtat, tam Regi, quam pauperi in hoc caſu, quem Deus auertat, obulum aceti vulgaris, quam hoc reccoctum artificiatum, & magni pendens? ſin vero exiguo pretio hæc, & ſimilia abſurda compoſita diſpenſabitis.

Tunc labor eſt in damno, creſcitque mortalis egeſtas.

Sed ſi craſſis, vaniſque opinionibus, à reformatore hinc indè cōmiſſis, diutius immorari vellem, numerus dicendorum nimis creſceret, quod non ſolum expertus

M eſt

Lucas Schrockius reſtituit Auguſtanam Pharmac.

eſt eximius, & eruditiſſimus D.D. Lucas Schrockius, qui in examine animaduerſionum, in priſtinam dignitatem fraudatam Auguſtanam Pharmacopæam, non ſine magno labore, & induſtria reſtituit, ſed etiam ex primo ſyrupo, ſatis manifeſtum fiet. Hic vt, & reliqui fuere ab antiquitate inuenti, vt cuique indiuiduo propinari poſſent, & etiam ad promptitudinem, & compendium officinæ, ſed cum perquamplurimi odores, præſertim ſpicæ, & roſæ (roſæ odor aſſumptus iugulauit virum nobilem Romæ, febre tertiana intermittente, laborantem, eaque non periculoſa: citat Sennertus noſter, de indicatis lib. 5. par. 2. ſect. 1. cap. 6. ex Horatio Eugenio) ægrè concoquant, neque ſine ſtomachi ſubuerſione, & eructatione perferant, imò digeſtioni reluctentur, vt apparet in cibis nimio aromate conditis, qui ſtomachi fermentum peſſundant, hinc cibum ſimplicem ſaluberrimum laudarunt veteres. Hanc ob cauſam, etiam pro hoc ſyrupo Abſinthium ponticum, vt minus odorum elegerunt, atque ſimul cum ſpica, & roſa, in vino veteri coxerunt, vt vnà cum vini ſpiritu, cui odor facillimè aſſociatur,

Hominicibus vtiliſſimus ſimplex: acervatio ſaporum peſtifera. Plin. lib. 11. c. 53 5.

tur, penitus abſcederet, quod probat ſucci cydoniorum additio: niſi enim hæc veterum intentio fuiſſet, huius ſyrupi loco, in vſum vocaſſent cydoniten, & abſynthiten, vt in Dioſcoride videre eſt lib. 5. cap. 49. Remanens cum ſacharo à cano ſitu defendebant, & in ſyrupum inſpiſſabant.

Sic quoque diuerſa vina ſimul commixta, & potata, vt in ſumptuoſis conuiuijs fieri ſolet, non ſolum Rectori (quem cap. 15 in ore ventriculi ſedentem *ex Hippoc. de humoribus* oſtendi) magnum laborem, & moleſtiam adferunt eorum vnione, ſed inſuper inebriant facillimè, & vt furioſa nonnunquam in delicatulis, & inaſſuetis per vomitum reijciuntur: cum verò earundem vuarum ſucci multiformes, & varij, per fermentationem couniuntur, tunc ex diuerſis rectoribus fit vnicus ſalubris, & ſtomachum non lædens potus: quémadmodum ex diuerſis ſimplicibus, per fermentationem counitis, fit Theriaca, cui vnicus Rector prædominatur, & ideo ab Auicenna eius virtus in decuplo augeri teſtatur.

Obſeruauit idem Ioan: Boccatius 7. Nouell. 2. fabula

Cum autem inſtituti mei non ſit hic vt dici ſolet, lapillum in lit-

Abſit, quod neſciã, rem ignotam in vſus proximi demonſtratam carere calumnia

tore maris oſtendere, vbi numerum infinitum eſſe conſtat præcipuè, cum hoc ſcribendi genus naturæ, & genio repugnet, me tædet nugis diutius immorari, quapropter calamum iam repono.

Habes lector vetuſtiſſimæ Hippocraticæ medicinæ fundamenta, quæ ſcienticuli dicterijs, calumnijs, falſiſque receptulis, & impoſturis deſtruere tentarunt, quorum ſtupiditatem nullus ſanare poteſt, cum eò arrogantiæ, & inſcitiæ peruenifſent, vt ſe Hippocratem ſuperaſſe ſcriptitarunt: reſpondere illis adeò erat ſuperfluum, ac ſiquis aſino fabulam narraret: *Auctore Galen. lib. 3. Nat. facul. cap. 10.* Quare nullum his calumniantibus reſponſum præbendum eſſe; ait magiſter lib. de arte; qui turpe eſſe retur ſine vllo profectu, multa verba facere, & maximè apud ſtultum vulgus, apud quod, & ipſe Hippoc. ignarus fuit habitus, *vt lib. 1. de Articul. tex. 3.* ſibi accidiſſe fateri non erubeſcit.

In acido habitat ſpecificus Rector qui informat alcali

Antiquiſſimam hanc naturalem ſcientiam, in omni re ſimilimam, comprehendit *magiſter de diæta*, his verbis: *ſemina* ſcil. *ducere materiam, quo volunt*, nos autem pro maiore lumine, acidum in-

informare alcali expreſſimus. His, inquam, paucis vetuſtiſſima medicinæ Antiquiſſima fundamenta, ſi me intellexiſtis abſoluta concordantia, ſimilitudine perpetua, & immutabili, ex naturæ decreto, & Hippocrate meo, harmonica, & mechanica ratione, ſumma neceſſitate inter ſe conuenire debere, oſtendi.

Hunc naturæ, & artis conſenſum, cùm olim ſimiolus, fictuſque noſter amicus ab exemplis capere, neque percipere potuiſſet, inſurgit vnà cum putidula ſocietate, & inſtar canis rabidi inuadit, mordet calumniatur, ſeſeque alijs longe anteponit, vt per totum ſcriptum, ineptiſſimè approbatum apparet; ſic quælibet auis, iuxta modulamen roſtri ſui cantat, ſecundum illud *Terentii in Adelſis act.* 1. *ſcen.* 2. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius, qui niſi quod ipſe facit, nil rectum putat.

Quo fugiã linguas vt effugiam? Attamen caballus generoſus non curat latratus inſequentis catelli.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Oſtende meliora ſi potes, & tunc carpe mea, tibique gratias habebo.

Index capitum in Hippocrate chimico contentorum.

Occaſio ſcribendi cap.1. pag.1
Qui nimium properat ſerius abſoluit. cap.2 6
Alcali ſal quid ſit cap 3 12
Ignis & aqua, ſeu oleum, & alcali ſit ſapo cap.4 17
Vitrum componitur, & diſſoluitur, cap.5 23
Rumor ſine capite, cap.6 28
Qui bene diſtinguit, bene docet, cap.7. 31
Fuſoria ars, alcalibus acida abſorbi docet, cap.8 44
Priuilegiatum alcali tartari, cap.9. 48
Vacua eſſe alcalium corpora, cap.10 54
Pergit ad alcalia animalium volatilia cap. 11 65
Alcali volatile, quomodo ab animali, & partibus ſeparetur, cap. 12 75
Acidum occultum ſit manifeſtum, cap.13 82
Calculum reſoluit, & componit, cap.14 88
Res inaudita, & admirabilis tamen antiquiſſima, cap. 15 99
Generatio vnius alterius deſtructio, cap.16 107
Vitrioli occaſione, pergit impoſturas detegere, cap.17 121
Vegetabilium mechanica inſtrumenta oſtendit, cap.18 137
Deſertam & incultam viam explanat. cap. 19 148
Spiritualis plantarum repreſentatio, cap.20 162
Dicta in ſummam contrahit, cap.21 169
Puerilem ſententiam declarat, cap.22 201
Quæ nocent docent, cap.23 209
Mineruæ manum mouet, cap.24 218
Dicta cum factis componit, cap.25 233
Præcipitationis modos, & neceſſitates indicat, cap.26 242
Nux Caſſa, cap.27 249
Exitus acta probat, cap.28 259

T-

OTTONIS
TACHENII
HIPPOCRATIS CHIMICI
Secundæ Partis.

OTTONIS TACHENII

Secundæ Partis.

HIPPOCRATIS CHIMICI

Prolegomena

MORBORVM PRINCEPS.

DE fide eſt, in principio factam fuiſſe diuiſionem aquarum ſuperiorum ab inferioribus, ſeparationem nimirum ſubtilis à ſpiſſo, lucis à tenebris, tenuem nimirum ſpiritum à fuliginoſo corpore: Hippocrati IGNEM ab AQVA, alijs purum ab impuro, & in terminis noſtris, acidum ab alcali.

Hoc ſanè fuit omnium magiſtrorum Magiſtri opus, luminoſi ſcilicet ſpiritus, à Diuino verbo prodeuntis, ſolus enim igneus, & luminoſus ſpiritus, *Hippocrati cuncta ſciens* ſegregare heterogenea potuit, qui denſiores partes deorſum verſus præcipitauit: Ho- *De carnibus*

mogeneam verò materiam, & ſpiritui proximiorem, in lumen immortale conſtrinxit, atque coniunxit: denſiorem partem humidam, & aqueam eſſe, ratio exigebat, vt in corpus continuum diduci, ac extendi poſſet. Humor enim omnium rerum, corporumque gluten eſt, ac ferrumen. Ignis verò in humorem agens, calefaciendo hunc calefacit. Ignis enim inſtrumentum calor eſt, cuius ope duo oppoſita vno eodemque labore operatur: humidam quippè naturam, dum à terreſtri ſeparat, illam rarefaciendo, hanc condenſat, ita vt infinita ferè rerum, & plantarum genera in lucem, & humanam ſuppellectilem produceret.

lib. 1. de diata

Optimè ergò Hippocrates, hæc duo elementa IGNEM, & AQVAM omnia poſſe, omnia illis ineſſe, affirmauit: à primo ſiquidem binæ qualitates maſculinæ, calidi, & ſicci, ab altero totidem fæmineæ, frigidi, & humidi effluentes, in mixtorum generatione concurrunt, & commiſcentur: ex parte nimirum prioris motus, ad generationem in mundo elementali, vnde vita: ex parte poſterioris motus ad corruptionem, vnde mors.

Quem-

Quemadmodum autem Opifex diuinus ſpiritus in principio ſeparauit ſubtile à ſpiſſo, ſic, & hodiè ipſa natura omnipotentis Creatoris miniſtra quotidiè,& indefinenter reſoluit, & coagulat: cunctaque numero,pondere, & menſura miniſtrat: ſeparat enim aquam à terra, reſoluendo illam vaporis modo in nubium regionem: & rurſus ibidem illam condenſat, vel coagulat in pluuiam, rorem, niuem, pruinam &c. fæcundæ lucis turgida: ſoluit iuquam terræ pinguedinem, vt ſpirituale pabulum radicibus ſuppeditet, quod depaſtum in caulem,corticem,ramos,fructus,ſubſtantiam denique corpoream condenſando migrat. Idem artificium natura in animalibus exercet: nam cibus,& potus, quos illa adhibet, reſoluuntur in ſuccum, deinde in carnem, & oſſa &c.augentur, & condenſantur, ſicque labens indiuiduorum reparatur ſtructura. Itaque omnia confuſa rerum ſemina,dictis duobus inſtrumentis rarefaciendo, ſcil.& condenſando de potentia in actum natura educit: educta per conſtantem alterationis rotam verſans coagulando reſoluta, & ſoluta coagulando; hæc infe-

riora tractat,& conſeruat. Ars naturæ æmula in ſuis reſolutionibus, & compoſitionibus, ſimile experitur,inquit Philoſophus.

Adeòque ſeparandi,ac diuidendi ars eſt, omnium artium antiquiſſima,præſtantiſſima,nobiliſſima,quam cum Deus ipſe ab origine exercuit, & naturæ commendauit, naturalique inſtinctu hominibus inplantauit, vt eam exercerent in hac mortalitate ad vitam,& ſanitatem ſuſtentandam, vt perquam neceſſariam: SACRAM ideò Antiqui Ægiptii CHYMIAM,& Græci SPAGYRIAM, propter eius præſtantiam, ac excellentiam vocauerunt,teſte Beroſio: Quæ nomina nil aliud ſonant, quàm cum prudentia ſoluere,& coagulare. ſicut facit ipſa natura indeſinenter, tàm in Macro, quàm Microcoſmo.

Quicquid ergò Natura ab initio produxit, & in poſterum productura eſt, SACRA hac PROTOCHYMICA arte producit: hac Methodo, ait Hermes, Mundus creatus eſt.

Cùm autem creata cuncta ſuas patiantur infirmitates, quæ nil aliud eſſe poſſunt, quàm aut optimi diſſolutio,aut peſſimi coagula-

tio.

tio. Inde nata eſt neceſſitas, quæ homines coegit inquirere; & inuenire Medicum, & Medicinam: nam ante ſeparandi artem non erat medicinæ ſuppellex in terra, vt neque medicus iuxta Sacri Philoſophi textum, ordini naturæ, & humanæ imbecillitati accommodatum, aliàs enim ſcimus: *dixit, & facta ſunt:* &c. *Hipp. 1. de diæta.*

Verum enim verò cum ipſa Medicina in ſui origine admodum rudis eſſet, vt ſingulorum morborum ſinguli aduocarentur medici: vndè coaluerat multitudo medicorum, ita & errorum. Artis enim præcepta mutabantur quotidiè, & ſatis copioſè ſine fundamento naturæ collecta erant. Plinio Auctore.

Medicamenta verò, quibus ætas illa vtebatur, licet non niſi ex lacte accerſeretur, attamen neque eius coagulum, neque cremor, vt neque ſerum, non niſi per ſpagyricam, vel ſeparatoriam artem, vllatenus habebantur: id quod, & in hodiernum diem, non ſolum in ſero, ſed etiam in omnibus rebus vſui humano deſtinatis, neceſſariò experimur.

Tandem Hippocrates Cous rariſſimi doni vir, ſinceerioris medi-

cinæ

cinæ acerrimus vindex, Aſclepiadum familiæ anteſignanus, totiuſque Græciæ lumen, ſapientiæ ſingularis medicus, quem à veterum ſcientiſſimis ità approbatum, ſummiſque elatum præconijs legimus, vt Diuinum virum appellare non dubitauerint, hic inquam, cum per vetuſtiſſimam SACRAM ſeparandi artem Naturæ inſtrumenta Rarefaciendi, & Condenſandi didiciſſet, & quod SPAGYRIA ſola veræ Medicinæ mater eſſet; impoſſibile *exclamat*, eum medicinam intelligere poſſe, qui Naturæ opera, eiuſque inſtrumenta non cognouerit. Quare omni ſtudio annitatur, vt cognoſcat, ſi modo eorum aliquid, quæ fieri debent, rectè præſtare velit, quia Naturæ cognitio Medico omninò neceſſaria eſt. Ideò medicus Naturæ miniſter, ſua prudentia obuiam ire conuenit, morbis inſtantibus, & naturis, & anni temporibus, & ætatibus COAGVLATA ſoluendo, & SOLVTA coagulando, ſicut facit ipſa natura in omni re vbique ſimilis: addit Pytagor. Hac namque ratione, vel maximè quod moleſtiam exhibet, quieuerit. Hæcque mihi curandi ratio videtur: indicare volens, ſibi

de veteri Medicina

Epidem.

in aureo carmine

de Natura Humana

ſibi in occultis reſeruaſſe, propriis inſtrumentis metiri Naturam, & tantum ſolertibus per ſpagyriam patefacere, quæ Mathematicis demonſtrationibus non obediunt. Hæcque pro generali methodo, prudenti ſatis dixiſſe, exiſtimat. Prudentia autem, qua Hippocrates fuit dotatus, Galeno teſte, Naturæ eſt intelligentia. Quare medendi ſcientiam omnium poſtremam (vt ex paucis eius genuinis ſcriptis conſtat) maximè occuluiſſe, omnes antiquiſſimæ hiſtoriæ teſtantur, vt nulli in iiſdem verſato, dubium eſſe poſſit. *1 b. M.C. 9.*

Spagyria itaque ſola eſt radix, & fundamentum Antiquiſſimæ Hippocraticæ medicinæ (ſit veritati venia) hæc vna ſoluit, & coagulat, tàm in macro, quàm in microcoſmo, eſtque ſpeculum veri intellectus, monſtratque quomodo tangatur, & videatur veritas in claro lumine, Lullio ſic atteſtante: *Teſtam. c. 26.* Huius ſolius ratione medici olim fuere illuſtres: idque vnum important, & verbum illud (*creauit illum Altiſſimus*) & additum mandatum illius, qui ſolus eſt miſericors. *Helmont.* Iubet enim nos ſub indictione pœnæ infernalis *obedire prepoſitis*: & id quidem præceptum eſt.

Sed

Sed honora parentes, honora medicum auguſtiùs eſt, quàm obedire: cum cogamur etiam obedire minoribus. Medicus enim dicitur, quod ſit mediator inter vitæ Principem, & mortem. Nunc verò matre interempta, in ſectas conciſa nil abiectius, nil vilius: eò quod ſectarii omninò aduerſam, & contrariam Hippocratis legibus obſeruantes diſciplinam impunè, proteruè, indecorè Sacroſanctam medicinam ſummum, & maximè venerandum Omnipotentis donum dicteriis, facetiis, & præpoſteris auxiliis infament, vt medendi puritas in controuerſias, rixas, coniecturas, & iactantias infandum! abierit. Hinc progerminata eſt illius infælicis monumento, *de Lege* conditi inſcriptio: Turba ſe medicorum periiſſe.

Sanguineis ergò lachrymis deploranda eſſet calamitas hæc ab iis, qui Hippoc. & Galeni filios ſe eſſe glotiantur, & horum magiſtrorum ſaniſſimam doctrinam non combibunt, ſed quod nefas, alios fiturientes abarcent. Falſum enim eſt, quod ſcribillant ſectarii, & ſtolidi contemptores Diuinæ gratie, SPAGYRIAM nouum inuentum eſſe, nihilque comercii

cum

cum medicina habere, cum tamen contrarium ſingulis momentis vbique experimur. Hæc namque etiam ruditer miniſtrata Naturæ inſtrumentis indeſinenter vtitur: quid enim eſt euacuare, aperire, purgare &c. quàm SOLVERE? hinc purgantia, vt talia, ſolutiua dicuntur. Quid incraſſare, corroborare, quàm COAGVLARE? ſed abutuntur ignari Naturæ inſtrumentis, atque terminis artis, vt aliquando ſatis validis ſoluentibus repetitis contra magiſtri mentem, corporis ſubſtantiam ſoluant, atque putidis excrementis ſubmergant. Vtuntur ſingulis horis Naturæ inſtrumentis, atque per ſpagyricæ artis fructus diuitijs, deliciis oppipare affluunt, & diffluunt, eandem tamen vilipendere, atque calumniis inſectari apud vulgi plebem nunquam, & nuſquam ceſſant. *Neſciunt quid faciunt*: ait magiſter, dant ſine mente ſonos, dant caſſa, & inania verba. *de Medic. Purgant.*

Quid enim ſunt ſyrupi, Apozemata potiones, decocta, diſtillatæ aquæ, & inſtrumenta medica quæque in Myropoliis proſtantia, quã ſoluta, & coagulata? Quid ſaccharum, mel, quid cera, & oleum, quàm per artem ſpagyricam ſe-

parata à fæcibus, & terreſtritate? Imò ipſa extracta caſſia, tartari cremor, potio clara, quam magiſtralem dicunt, atque vulgaria remedia, quæ in vrbe vſu quotidiano tractant, & præſcribunt, præparari nullo modo queunt, niſi ſpagyricum artificium concurrat.

Nonne acetum, panis, vinum, & quicquid in humanos cedit vſus eadem operatione continuè præparatur? quis eſt, qui pro ſiti ſedanda non lætetur bibere limpidum hauſtum, atque à fæcibus ſeparatum? In hunc finem non ſolum Magnates huius Regiæ, ſed per totam Italiam vtuntur ſpecie tophi, per quem aquas licet ſcaturientes, & limpidas rurſum percolant, vt clariores, atque leuiores fiant, hi omnes vtuntur ſeparatoria arte; atque ſpagyri titulum vix effugiunt.

Et licet vinum pucinum, atque Goslarienſis cereuiſiá, pro generis excellentia ſemper turbida ſint, per eandem tamen artem terreſtreitate, & reſidentia ſemota, fiunt ſuauiſſimi, & ſaluberrimi potus: Eſtq; rudis, & ruſtica horum præparatio Baſilio Valentino Paradigma Naturalis philoſophiæ, atque ſpagyricæ artis.

Currus triumph. Antim.

Quid

Quid de ſale dicent,cuius nemo ferè mortalium exors eſſe poteſt: paraturne alio modo, quam per ſpagyricam artem,ideſt, per humidi à ſicco ſeparationem?

Æternus rerum Parens primus artem exercuit Diuini Verbi virtute, nos verò inde edocuit, & iuſſit, Mineruæ manum admouere: quare Hippoc. *Diuina mens edocuit, ſua opera imitari, cognoſcentes quæ faciunt, & ignorantes quæ imitantur.* Quid aliud ſonant prudentiſſimi chymico-Medici verba, quàm quod huius artis Auctor fuit ipſe omnipotens DEVS? qui omnibus ſublunaribus, tam animalibus, mineralibus, quàm vegetabilibus RESOLVTIONIS & CONDENSATIONIS inſtrumenta, pro eorum augmento, & decremento indidit. Ideò quoque eadem linea ſubiungit: *Omnia ſimilia ſunt, omniaque per ſimilia inſtrumenta laborant, licet ignaris diſſimilia appareant*. Sic & ipſa Medicina, de qua nobis ſermo, cum Spagyriam pro fundamento habeat, nil aliud facit, quàm SOLVERE, & COAGVLARE, ſeu vt alibi docet Magiſter, addere & ſubtrahere, & qui hoc ignorat, *inquit*, Paracelſ. Is ſe habet ad verum

lib. 1. de diæta

medicum, tanquam coquus porcorum, ad coquum Principum: ſic nec fruſtra excelſi ingenii Lullius reliquit: *Nunquam ſcientia erit, vel ars, niſi primo inchoetur, & incipiatur à ſuis certis principijs:* vt non immeritò Mathiolus ſcribere audeat: Neminem medicum abſolutum eſſe poſſe, imò ne mediocrem quidem, qui in ſpagyria non ſit exercitatus: nam hac vna Dianæ lampade prudens medicus plus cernit, quàm vulgaris aperto Sole: Patet id ex variorum præclariſſimorum virorum ſcriptis, qui Numinum inſtar ſemper mihi ſunt colendi, cum rationem alicuius obſcuræ rei reddere conantur, ad ſpagyriam, quam non intelligunt, confugiunt. Vnicum oſtendam exemplum, quod cum ad medicinam ſpectet, minimè omittendum. Anſelmus Boetius de Boot, Rudolphi Secundi Imperatoris Medicus cap. 193. lib. 2. de lapide Bezaar hæc habet. *Qui id non capit, perpendat ſpiritus vitrioli, & ſpiritus tartari antipathiam, vterque enim iſtorum acidiſſimus, & acutiſſimus eſt, ſi miſceas, vtriuſq; acrimonia perit. & liquor redditur inſipidus.*

practic. 153

Nobiliſſimus, & præſtantiſſimus hic

hic vir, cum videret ſpirit. vitrioli ab alcali tartari abſorptum in vitriolum verti, credebat ambos liquores acidos ſpiritus eſſe, & ab inuicem in ſapore nihil differre: ſed ſpiritus tartari, quocunq; modò diſtillatus, non acidus, ſed amarus exiſtit, neque inſipidus ab illo fit ſpir. vitrioli, ſed ſemper idem, adeoque cadit eius antipathiæ mechanica. Apparet exindè, vetuſtiſſimam dominam, ſacramque ſcientiam, ad quam appellat, nunquam ſalutaſſe, adeòque plurimas fabulas, ſub ſpagyriæ vmbra poſteritati narraſſe, neceſſe eſt: rectè ideò indicat Tabula ſmaragdina; *per hoc genus demonſtrandi fugiet à te omnis obſcuritas.*

His antiquiſſimis fundamentis timore depoſito ſuperſtruam infallibilem, & nunquam à ratione declinantem præſentem Hippocraticam Methodum, neque latum vnguem à Naturæ operatione, veterumque firmiſſima doctrina diſcedam, vtiliſſimum enim ſemper mihi viſum fuit, præſertim in actuali medicinæ parte, in qua de propria, & proximi ſalute agitur, Senecæ conſilium ſequi, vt prudēs, & ſanitatis conſeruandę ſtudioſus, relictis iuniorum riuulis, fontes ſe-

cte-

ctetur, & adeat, ex quibus limpidã, non cænoſam aquam ſcaturientẽ hauriet. Concludo me hoc compendiolo, nullum alium patronũ, ſeu defenſorem eligere, quam vos prudentes, paucos, & Hippocraticæ medicinæ Alumnos, improbis enim, & vetuſtiſſimæ ſcientiæ ignaris, atque Decanis placere nunquã ſtudui. Propterea ordinem hic nõ ſeruaui, ſcolaſtico more, ſed quomodo fluit alterum ab altero. Veſtra ergò intereſt, quum prudentes ſitis, & arte Hippocratica digni, quæ hac methodo ſolius charitatis ergo tradidi, multa proſequi gratia. Quod ſi fortè aliqua prætermiſimus, vel inconcinnè diximus, optimè ſcimus, nil eſſe tam ornatum, quod expoliri vlterius non poſſit, nec tam plenum, quod incrementum accipere nequeat.

His præmiſſis ipſum opus aggredi pergam: Antiquitatẽ enim, Nobilitatem, præſtantiam, & neceſſitatem ſpagyricæ artis, modeſtis ingeniis ſatis lucidè hucuſq; oſtendiſſe, & confirmaſſe videor, atque paulatim in ſubſequentibus clariora euadent.

OT-

OTTONIS TACHENII TRACTATVS DE Morborum Principe.

CAPVT. I.

Podagræ etymo, & ſi propriè pedum exprimatur dolor, tamen membrorum ab vno appellatione deſumpta, pro omni arthritide podagra vulgo intelligenda venit; idque fortaſſe cum fieri maximè ſoleat, vt ferè primò, ac frequentius pedes hoc morbo corripiantur, ſintque ratò immunes, dum alii afficiuntur articuli. Hinc fit, vt quam plurimorum ſim conſuetudinem ſequutus, qui arthritidis hiſtoriam enarraturi ſuos quoque tractatus podagræ inſcripſerunt.

Sunt qui cauſam humoribus incertis ductibus à capite defluentibus adſcribunt. Alii cibis, & potibus ſalia tartarea ineſſe hariolantur, licet viſcera ſint bene conſtituta,

tuta, tartarea tamen excrementa ad articulos à Natnra detrudi. Alii ab Hepate, & liene ataxia deprauatis in venis, & arteriis humorem podagricum gigni, huncque deſcenſu naturali labentem vix, abſque periculo repelli poſſe, ſed recta properare ad generationis viſcera aſſeuerant. Alii tam intra, qnam extra venas humorem arthriticum depluere: alii alia ſomniantes dicturiunt, quæ hoc loci relatu digna non puto. Hæ, aut eiuſmodi fluxiones pro podagræ cauſa, à ſcriptoribus paſſim aſſignatæ leguntur.

Huiuſmodi inter medicos ſectio, diſſenſio, atque receſſio ab antiquiſſima Hippocratica doctrina, curationem non ſolum difficilem, ſed planè impoſſibilem hactenus reddidere; vbi enim de cauſa non ſatis conſtat, curatio rectè inſtitui non poteſt.

Curationis initium; eſt morb cognitio.

Fernelius lib.6.de partium morbis ſymp.C.18.conqueritur ex huius rei ignoratione hactenus dolorem articularem, pro incurabili derelictum eſſe, nuncuparique medicorum opprobrium. Per plurimos interim curatos eſſe ſolius Naturæ ope, ſine vlla defluentium humorum manifeſta euacuatione,

ne, vel tartari reſolutione, ſineque viſcerum intemperatorum correctione, ſed aliquando ſola animi paſſione, terrore, gaudio &c. docemur hiſtorijs Hildani, Solenandri, Cardani, plurimorumque ſide dignorum virorum, ac experientia.

Itaque ſingulorum de podagra ſcribentium, vniuerſas ſingulatim hic enumerare opiniones, nil eſſet aliud, quàm multiplicium errorum cumulum, inutili pompa coaceruare: quin imò (abſit verbis mendacium) non opiniones varias colligerem, ſed Autorum diuerſa nomina ſolummodo recenſerem, ità nimirum ſibi inuicem ſubſcribentes vix diſſimilia proferunt, vt vnum ſcriptorem qui perluſtrauerit, mille imò omnes ſe perluſtraſſe, me pollicente, credat: tam pauci nempè ſunt, qui aliquid noui de ſuo vtiliter moueant. Rectè ergo Hippoc. *Si quis omnia ſimilia facit, nulla aderit delectatio.* Propterea de his parum ſollicitus alijs, quibus libet, hanc arenam relinquo. Ab omnibus tamen generali vocabulo Arthritis appellatur. Vndè Galenus 6. Aphoriſ. 28. ſcribit eos, qui Arthritide, ideſt omnium articulorum doloribus *de diata.*

 cor-

corripiuntur, primò fieri podagricos.

de affectionibus Articularis morbus, *inquit Magiſter*, cum detinet corporis articulos, ignis, & dolor inuadit, prehendit etiam acutus, & ad alium, atq; alium etiam articulum vehementiores, & leuiores dolores decumbunt: pedum verò dolor his omnibus, quæ circa articulos contingunt, violentior quidem exiſtit, & maximè diuturnus, quique ægerrimè ſoluitur: præſertim, *ſubiungit*, in ſenibus, aut qui circa articulos callos tophaceos concretos habent, aut qui ærumnosè viuunt, ſiccam aluum habentes: hi quidem ſani fieri nequeunt, humana mente, quantum ego noui: quicquid enim homini contigerit, quod medicinæ inſtrumenta ſuperet, id ne ſperandum quidem eſt ab arte medica euinci poſſe.

Hippocr. prædictorū lib. 2. ſect. 2.

Hipp. de arte

Qui verò iuuenis eſt, & circa articulos nondum callos tophaceos habet concretos, & accuratè viuit, & laboris amans eſt, & animum bonum habet ad obediendum, pro ſtudiorum ratione, hic ſanè Medicum INTELLIGENTEM nactus ſanari poterit. Hæc ille.

Sæua me neceſſitate cogente, mul-

multum diù, nc ctuque anxius inquiſiui, quiſnam ille intelligens medicus eſſet,qui ſaltem in iuuene crudeliſſimam, licet non hæreditariam podagram ſanare poſſet? Eſſetne (dicebam mihi) forſitan ille, qui latinæ linguæ ſermonis elegantiam ad vnguem callet? Num qui in aliqua ſecta conſenuiſset? Num qui chymicus, vel methodicus, vel dogmaticus, aut ille, qui à plebe Canonicus audire ambit, aut ille, qui plenus annorum, & experimentis, nummis, & ſermonibus grauis, de domo in domum, cum ſanitate venali diſcurrit? Mox illicò cognoui Morborum Principem podagram neutiquam requirere ſectarium, aut rationalem medicum, ſed Hippocraticum, qui INTELLECTVALIS dicatur, & ſit: eò quòd omnes ſapientiores veteres, junioreſque medici Hippocratem, totius Græciæ lumen, non ſolum Magiſtrum, ſed inſuper in naturali ſcientia, Diuinum ſemper honorarunt, & coluerunt; ratus ſum ad hunc nodum ſoluendum interpretem nullum Hippocrate ipſo clariorem, & ſinceriorem inuentum iri.

Ad hunc autem inquirendi laborem me compulit ipſius morbi

iniqua natura, quæ non ſolum luxu diſſolutos Veneri ſc. & Baccho emancipatos ? vt fert communis friuola opinio ., eſſe ſcilicet podagram veneris,& bacchi filiam) verum etiam fœminas virgines , & maximè abſtemios,vt & religioſos Capucinos , atque operarios miſerrimè viuentes, frequentiſſimè excruciat, infeſtatque.

Et quamuis primò vt plurimum pedes inuadat: attamen crebrò in morbi inſultu , plures prehendit articulos, reſque eò ſæpè redit, vt vix vlla ſit articulorum, ac oſſium in corpore compages, quæ à morbo hoc libera ſit, vt merito Lucianus dicat, quod malum hoc,afflictum,& miſerum corpus manibus ab extremis , in extremas pedum plantas excruciat, imò in progreſſu cretam, calcem,tophoſque à ſe producta profert ,& in monſtrum petroſum , quandoque tandem hominem ipſum deformat , hæc eſt, inquam, occaſio, qua multum ſolicitus, pluriesque inſomnis huius mali cauſam, cum remedio perquirere decreuerim : & preſertim dum eius vehementes cruciatus, multoties Amicus noſter fuerit expertus.

Itaque cum conſtet , podagram ado-

adoleſcentem, & nouellam ſanabilem eſſe ſine manifeſta euacuatione, viriumque conſternatione ex præallegatis teſtibus; idcircò meam quoque experientiam vetuſtiſſima Hippocratica doctrina, ratione, & auctoritate ſuffultam è tenebris in lucem, ac vſum nunc pro bono publico emittere volui.

Cum autem difficile ſit iudicare de aliqua re, origine, & generatione ignota, oportet, priuſquam cauſa podagræ eluceſcat, naturæ inſtrumenta operationes, atque operationum officinas enumerari, vt auxilium indigentibus, clara luce patefiat, quomodo ſcil. re in omni, ac labore podagra non excepta, natura ſapientiſſima, ſibi ſimilis ſemper ſit: id nos in hoc compendiolo adimplere propoſuimus, remotis in alios obtrectatione, conuitijs, ac calumnijs, vt nuda protegatur veritas, & antiquiſſima Hippocratica medendi ratio, omnibus prudentibus, & veritatem amantibus eniteat, quarè de eius ortu, progreſſu, cognitione, & curatione non indigna ſcitu proferre promittimus: *inquit* enim Magiſter: Qui conſtitutionem ab initio non cognouerit, & id quod in corpore dominatur, non poterit *1. de diæta*

N 3 ea,

ea,quæ homini conducunt, offerre. Scito igitur *(pergit Senex)* pro fundamento, non ſolum animalia omnia, ſed etiam hominem ipſum ex duobus facultate quidem diuerſis, vſu verò conſentientibus conſtare IGNE nimirum, & AQVA: quæ duo ſimul iuncta, tum alijs omnibus, tum ſibi inuicem ſatis eſſe: Alterum verò ſeorſim, neque ſibi, neque cuiquam alteri ſatis eſſe poſſe. Horum igitur vtrumque hanc obtinere facultatem ignem ſiquidem omnia ſemper mouere, aquam verò omnia perpetuò nutrire.

Ignis primum Naturæ principium. Cap. 2.

Hippocraticum hunc Naturæ ignem, nemo ſibi à luce cæleſti alienum fingat. Sacer enim Philoſophus in Geneſi non ignis, ſed lucis mentionem facit. Hunc duplicem eſſe quilibet prudens animus coniectare facilè poteſt, vniuerſalem nimirum, & particularem, ſiue indiuiduum.

Ignis vniuerſalis fontem in Sole eſſe teſtatur Hermes inquiens, omnium formarum naturalium pater eſt Sol. Exindè per omnes

par-

partes vniuerſi vndique diffunditur. Et Hippoc. omnia in totum gubernat hæc,& illa,nec vnquam quieſcit. Alijque Philoſophi illum tanquam Animam mundi, Naturæ Motorem,generandique facultatem inſpirantem admirati ſunt; eſtque Naturæ perpetuus motor cognoſcitur ſolummodo ex eius operationibus atq; mutationibus: quarè oculis carneis viſibilis nullo pacto eſt, niſi ad placitum (vt vult Coſmopolita) artificis; attamen per Philoſophum corporum Cæleſtium propenſiones, ac virtutes ſuauiter mouet,globum hunc noſtrum rerum generationi deſtinatum pullifico ſemine imprægnat, fouetque implicatas explicat naturæ vires, elementa miſcet, materiam informat, ac omnibus ſeminibus vires infundit; ideòque ab Hippocr. hoc titulo vocatur calidum ſc. atque immortale, quod voluit cuncta intelligere, ornare, videre,& audire,ſentireque omnia tam præſentia, quam futura. Et Orpheus cecinit in hymnis: *Nam tua naturam rerum prudentia mutat*. Ex hac igitur vna re cuncta in Natura fluxiſſe cum Philoſophis credendum eſt. Itàque nemo miretur, cur Sol æternus præ-

lib de carnibus.

lib. de carnibus

ſtantiſſimam ſcil. ſui ipſius imaginem, cuius ipſe ſculptor eſt, Solem cæleſtem tantis dotibus condecorauit? in eo enim tabernaculum ſuum ſtabilire decreuit.

Admirandum ſanè arcanum naturæ, quæ vnico inſtrumento contrarias efficit operationes: generat ſcil. & corrumpit, ſoluit, & coagulat, vt in cancrorum lapidibus manifeſtè elucet: plumbum mollitie donat, quam ferro adimit. In ſumma, perficit, & deſtruit, cuius deſtructionis cauſam Poeta temporis edacitati deuouet. Hanc verò Hippocratici Philoſophi ab vnico inſenſibili, ac inuiſibili acido ſpiritu, vnico Solis filio proficiſci, re ipſa cognoſcũt; eiuſmodi inuiſibilis ſpiritus acidus ſummo in ſilentio cuncta componit, & ornat, perficit, & deuorat, ac conſumit; idque non ſolum intelligendum eſt de animalibus, ac quibuſuis vegetabilibus, verum etiam de ſolidiſſimis lapidibus, atque metallis, lentiſſima licet ruina; ideòque à Paracelſo Heluetico idiomate fuit Al-gaiſt appellatus, quæ dictio totum ſpiritum ſonat: hic poſt ſuam coagulationem melior eſt habendus per Coſmopolitam terra vniuerſa. Helmont verò ſibi per-

lib. de viribus membrorũ cap. de Hepate.

perſuaſit, diſtillari ex mercurio aqueum liquorem, quo cum corpora omnia tangibilia reduci poſſe in primam materiam, huncque Paracelſum barbaro vocabulo more ſuo Alkaheſt vocaſſe. Si verò verbum diſtillari accipiatur in ſenſu myſtico, tunc iuxta veterum ſententiam non ineptè locutus eſt, nam (vt paucis multa concludam) efficacem eſſe tradiderunt in fructus globi inferioris, necnon ſpiritus ſublunares miraculosè, omnes: de quo plura proferre noſtri inſtituti non eſt.

Particularem autem hunc ignē cuilibet mixto, ac indiuiduo, inuiſibiliter quidem non tamen imperceptibiliter ineſſe ac viuere; ſuamque particularem ſcientiam habere nobis fatendum eſt, hicque eſt ille idem, qui ab Hippocrate ſpiritus, flatus, ventus, & aër eſt appellatus, cuius verba hùc ad ponere minimè grauabor: fundamentum enim continent Antiquiſſimæ Medicinæ. Sic enim habent.

Ignis particularis

lib. de flatibus

Spiritus quidem, qui in corporibus ſunt, flatus vocatur, qui verò extra corpus ſunt, aer, qui ſanè maximus eſt in omnibus, quæ corpori accidunt, & Auctor, & do-

minus. Quarè operæ pretium eſt eius potentiam diligentius perſpicere. Ventus enim ipſius aeris fluctus, & vnda exiſtit. Quando igitur multus aer fortes fluctus facit, tunc, & arbores radicitus euelluntur, & mare vndis exæſtuat, ſpirituum potentia ita cogente, & naues onerariæ in altum iactantur; talem itaque vim in iſta exercet, etiamſi oculis minimè ſit conſpicuus, & tantum conſideratione cognoſcatur, & effectu ſuo fiat manifeſtus. *Quid autem ſine hoc ſit tandem, aut cui rei non adeſt? Omne enim, quod inter Cœlum, & terram eſt, ſpiritu repletum eſt*. Hic & Hyemis, & æſtatis cauſa eſt. In Hyeme quidem frigidus, & condenſatus, in æſtate autem mitis, & tranquillus. Quin, & Solis, & Lunæ, & Aſtrorum omnium curſus per hunc ſpiritum procedunt. Etenim igni ſpiritus nutrimentum præbet, quo ſi ignis priuetur, viuere non poſſit. Et Solis perpetuum curſum aer perpetuus, & tenuis conſeruat. Verum neque mare ipſum ſpiritus exſors eſſe omnibus manifeſtum eſſe puto, non enim viuere natantia animantia poſſent, ſi non ſpiritu participarent, ſi non per aquam, & ex aqua ſpiri-

tum

tum attraherent ? Et Lunæ in eo ſedes eſt, ac fundamentum, hicq; terræ vehiculum, neque quicquã vſquam ſpiritu huius eſt vacuum. Atque hactenus quidem quantum aer alijs commodet, diximus. Mortalibus autem vitæ, & mortuorum ægrotis, ſolus is eſt Autor. Hæc Hippoc.

Hic particularis ſpiritus veluti riuulus emanans ab illo vniuerſali omnia ad amuſſim in ſui Microcoſmo peragit, quæ Pater eius Sol in Macrocoſmo operatur: vbi enim calor ſpontaneus, Motus naturalis, aut vita hoſpitatur, ibi ſuum ignem Naturam occultaſſe ſuademur, quem Senex clariore ſermone his ſequentibus verbis declarauit. *de diata*

Homo, inquit, frumentum tundit, lauat, molit, eoque igne ſubacto vtitur: neque vehementi quidem igne in corpore conflatur, verum molli ac lento. Ex dictis igitur lucet Hippoc. non tantis laudibus extollere artificialem, comburentem, ac depredantem ignem, quem excelſi ingenii Lullius inter gygantes, & mundi tirannos connumerat, ſed igneum benigni caloris ſpiritum, qui luminis, caloriſque viuifici, non ſo-

lum panem vel frumentum inſpirātione beat, ſed inſuper ipſius panis portionem in ſpirituale alimenrum totius indiuidui præparat, atque tranſmutat.

Quemadmodum enim ignis vniuerſalis ex Sole in omnes vniuerſi partes diffunditur, iiſque vitam, actioneſque communicat, ac conſeruat: ita etiam ignis particularis microcoſmi cuiuslibet (licet hìc ſolum loquatur ſenex de Homine, vt abſoluto vniuerſi imagunculo) ex corde vt Sole humano, & vitæ humanæ ſede fluit per vniuerſum corpus, in illo enim reconditur ſemen omnium partium (vt paulatim enodabitur) tam ſolidarum, quam fluidarum: hic à principio ſtatim vi illa multiplicatiua à ſummo opifice fuit

Hippoc. ditatus, *quam ſi non haberet non poſſet augere quicquam*: In ſano enim ventriculo ſe cibo ſumpto immiſcet, quem tandem peracta operatione in liquidam ſequacem ſubſtantiam, vitalemque ſuccum vulgato nomine chylum reducit, quo indi es proprium indiuiduum reficiendo multiplicat, in vtero fœtum, in ouo pullum effingit, in oculis videt, in digitum extremitatibus tangit, in auribus audit, in

lingua

lingua guſtat, in hepate propter creditam ibi antiquitùs ſanguificationem, ſpiritum naturalem cudit, in renibus vrinam ſegregat, in vngue vnguificat, in capillis (qui non ſunt vulgo ex excrementis Naturæ, ſed veræ, prudentis, vitaliſque accretionis productum, vt morboſa Polonica Plica teſtatur) capillificat (ſit venia verbo) idem de cæteris ſuccis concretis, organiſque intelligendum eſt. *Quid tandem ſine hoc fit, aut cui rei non ineſt, & adeſt?* Omne enim, quod inter Cœlum, & terram includitur acido ſpiritu hoc repletum eſt. Vel muſculus quidem omnis ſuũ ventriculum, ſeu inſitum ignem, fermentum vitale, vel ſpecialem operatorem (voca vt lubet) nactus eſt, *qui agenda intelligit, & intellecta peragit*, ideòque omnia iuxta ſuam prudentiam exornare potis eſt. Ad ſummum ignis cuncta, quæ ſunt in corpore, ſuo modulo *ad vniuerſi imitationem*, parua cum magnis, & magna cum paruis, diſponit, atque componit: in hoc enim ſita ſunt prudentia, incrementum, motus, imminutio, permutatio, ſomnus, & vigilia &c. Hic vno verbo omnia in totum, & ſingulatim gubernat, & hæc, & illa, *Hippocrat. lib. 1. de diæta*

la, nec vnquam quieſcit.

Proindè hunc igneum, gnarumque ſpiritum cuncta ſibi agenda ſcientem veteribus, vetuſtiſſimiſque Philoſophiæ principibus diuinum, atque cœleſtem nominare in votis fuit. Hinc *Senex*: *Noſce hominibus conuenit, non aliunde nobis voluptates, lætitias, riſus, & iocos, quam hinc contingere*, nimirum quando ſpiritus dictus in ſuo primordiali ſtatu, ſalina ſcilicet pinguique volatilitate permanet. *Itemque dolores, moleſtias, triſtitias, & eiulatus*: quando nimirum per feruoris excandeſcentiam in cauſticam naturam deflectit, non ſecus, quam ſupra dictus Hippoc. ignis mollis in frumenti grano per artificioſam fermentationem exaltatus in flammeum ſulphureum ardens, & cauſticum degenerat: Quem tamen magnifici domini tanquam nefandum; quod vel ſaxeus ſtupor excuderit, vel veſana ebrietas vomituriens reiecerit, & cantu, & riſu ridiculo, & ruſtico deturpant, eijciunt, explodunt.

de morbo ſacro

Podagra dolor. ex acido exurente, & cauſtico

Horum conatus omnes me placida mente negligere hortatur Doctor meus, inquiens: Obſeruare maximè oportet, ne cum ſimili-

bus plebeis, de rebus illis ignotis, ſed tantum neceſſarijs confabuleris: ſubmerſi enim ſunt in profundo ignorantiæ, & prædicta minimè percipiunt; ita vt ſe medici nomine indignos re ipſa comprobent; Meritò igitur eorum mendacem, ac petulantem linguam vetuſtiſſima ſcientia refrænauimus: eoque ipſo oſtendimus diuinum hunc, atque cœleſtem ignem (timore abiecto) FILIVM iure dici SOLIS, atque vicarium, & non tantum omnium rerum agendarum gnarum, ſed inſuper etiam acidum eſſe, ac pinguem Auctoritate, ratione, & manuali experientia in antiquiſſimæ medicinæ gloriam, & obtrectantium oblatrantiumque erubeſcentiam vſque intrepidè, in Claui noſtra firmauimus, quò veritatis amantem lectorem remittimus, ne ſemel dicta ſæpius cum tædio repetamus: Itaque niſi in eius principio pinguis, & acidus, rerumq; agendarum gnarus eſſet, in ſubſequuturis fructibus, dictæ virtutes, proprietateſque palam non patefierent. Sed de igne ſatis, cui, dum ſeorſim, neque ſibi, neque alijs prodeſt, ideò comes aqua eſt in auxilium adiungenda.

præceptio: libelli

omnium rerum fermētum, eſt acidum inuiſibile

diata

Aqua

Aqua ſecundum Naturæ principium. Cap. 3.

IGni obedit aqua, & eſt natura media inter denſum,& tenue, inter terram,& aerem: menſtruũ naturæ, corpus volatile multiplicem induens figuram. Luna, *inquit* Hermes, eſt humorum domina,atque rerum mater.

O mirabilis Natura, *exclamat* Coſmopolita, quæ nouit ex aqua in terra fructus producere mirabiles, & ex aere illis ſuppeditare vitam. Ecquis vnquam crederet ſimplicem nubis aquam in ſe continere omnia, quæ mundus habet, lapides duros, ſalia, terram, ignem, cum tamen per ſe ſimplex appareat aqua? Aqua inquam fœmineæ Naturæ,ſimplex,vacui impatiens, ab initio volatilis facta fuit, vt peruius aer eius eleuatos vapores in nubium regione exciperet, in illa (veluti in ſpongia) ſpirituale nectar FILII SOLIS, *quem ventus in ventre ſuo portat*, imbibitur, & vt maſculum formale, vniuerſaleque principium auidiſſimè, & magnetica quadam vi ad ſe trahit, quo ſuſcepto,aquæ intumeſcunt, & prolifico ſemine median-

te

te tepore imprægnatæ rurſus ſub aquæ, roris, pruinæque figura in terræ gremium relabuntur.

Hac naturali diſtillatione, & cohobatione, aqua in ſe abſorbet opulentiſſimum illud nectar omnium rerum ſeminibus refertum, ideò menſtruum mundi ab arcanorum Myſtis vocatur. Nam dum hæc circulatur, rotantur pariter, ſuſcepta contentaque ſemina, quæ vtpotè ſpiritualia, proprio menſtruo indiuiſim adhærent, vt ſic vaporis modò optimè commiſceantur, ad generationem, nutritionemque corporum aptiſſima.

Hoc Diuinæ mentis artificio (vt Lullij verbis vtar) terræ vbertati conſultum fuit, & ſiccitati, quæ ſterilitatem minabatur, largo humore reparatum eſt. Sola itaque aqua ad irrigandum terræ gremiũ circulatur, aut verius in inferiori aeris regione, tanquam in alembico aſcendit, deſcenditque, vt per cohobationes, & reiteratas diſtillationes exuberata ſuperiorum, & inferiorum vires conſequatur, cæleſtique imbuta nectare terræ ſinum efficacius emolliat, ac prolifica virtute imprægnet.

Aqueus itaque vapor in aere, ſuſcipit à Solis filio primum for-

mæ ſigillum: non poſſet autem aqua acidum dictum ſpiritum in ventrem ſuum recipere, & abſorbere, niſi vacua foret, vimque in ſe haberet attratiuam, quam nos nunc, & in poſterum cum alijs philoſophis pro maiori lumine Alcali nominabimus. Quemadmodum autem igni à principio virtus informatiua, atque multiplicatiua indita eſt, vt ſupra dixi: ſic etiam aqua à principio vi tractiua, atque magnetica eſt dotata, niſi enim dicta facultas à principio illis ineſſet, eorum fructus in poſterum eiuſmodi facultatem non haberent, quam tamen ineſſe mechanicè paulatim demonſtrabo; Impraegnatam itàque aquam ex acido ſpiritu ſalſam fieri neceſſe eſt, licet à principio guſtu non
exercit. 6. percipiatur. Hinc non abs re Scaliger ita concludit: Materia vna ab alia diuerſa non eſt, niſi per aduenientem formam, quà fit hoc aliquid.

purpurei præparatio Auri fabrorum ſecretum:

per Animam auri, transmutaſſe Bragadinum 1581. publicè vilia metalla in purum aurum narrat Dullianus, Hiſtoricus huius Regiæ.

Firmat id Hogelandus Tract. de Alchim. difficult. parte quarta.

de diæta

culum, & vehiculum animæ eſt, vt dixi. Homo igitur comeſtum gallum gallinaceum coctum (cuius corpus alcali eſſe in citato paulo antè capitulo Clauis euici) conuertit, & tranſmutat in ſui naturam,& tam corpus,quàm ſpiritus, & anima iſtius hominis augetur: Et niſi anima prudens, cunctaque ſciens ſpiritui ferruminata eſſet, gallum gallinaceum tranſmutare in humanam naturam non poſſet: nam anima dat ſpiritui eſſe, eſtque ſolius animæ in aliam rem ſeſe extendere, atque in ſui regno augere, & multiplicare.

Et vice verſa, ſi gallus gallinaceus Doctorem comedat,eius anima ſeſe extendit, atque doctorem in ſui naturam conuertit,ita vt qui pridem in cathedra dictabat, iam galli vocem edat, ex ſupra dicto fundamento.Hac ratione animam vnius entis intrare, alteriuſque exire,Pytagorici dixerunt.

Pytag. Animarum migratio quid.

Si hæc ità ſunt, vt reuera ſunt, qua ratione, & veritate ineptiſſima ſocietas poteſt per acetum animam ſeparare à cupro? & falſa doctrina, & fraudulento ſermone vulgo,& iuuentuti imponere. Vide Clauem cap.6.

Hic quoque elucet craſſus er-

ror

ror ſcriptorum, qui quadrupedum ſanguine in humanas venas transfuſo, ſe non ſolum curare morbos, ſed etiam hac ratione ſenectutem retardare arbitrati ſunt, curioſiſſimi hi Magiſtri, Hippocratis decretum non conſiderarunt, quod nimirum anima hominis in nullo alio, quàm in homine augeri poſſit. Si enim comeſtibilia in primo ac vniuerſali ventriculo (quo inhabitat prudens, omniaque ſciens rector, ſeu ſpiritus acidus, animæ inſeparabiliter iunctus) non animantur, in ſubſequentibus ventriculis errorem neutiquam emendari poſſe, Galenus notat, ratio dictitat, & experientia rerum Magiſtra, & mentiri neſcia confirmat, atque demonſtrat: Multum, *inquit*, differunt particulæ animalium, quoniam ipſæ animæ differunt. Quare ijs honorem, & gloriam, quam pro transfuſionis ſanguinis inutili inuento ſibi deberi ambiunt, lubentes relinquimus.

lib. 1. cap. 2. de vſu partium.

Iournal des ſcauās 1667. Menſe Iunij

Et quemadmodum in macrocoſmi ſingulis mineris, plantis, earumque diuerſis particulis, & ventriculis aqua de die in diem guttatim, certo pondere, menſura & proportione à ſupradicto prudenti ſulphureo ſpeciali ſpiritu, & anima,

ma, voca archeum vt lubet, & ab *alio nullo* multiplicatur, coagulatur, & in eorum naturam cogitur, ità etiam in microcoſmo, ſeu vniuerſo humano corpore, particulis omnibus, ſinguliſque muſculis (quilibet enim ſuum habet ventriculum) præſidet acidus ille animatus, & pinguis ſpiritus, qui ſanguinem illis appropriat, ornatque iuxta indigentiam, eò quod is in nullo alio, quam in homine reperitur. *Corporis enim pars minima,* inquit Magiſter, *ſi aliquo morbo afficitur, eam affectionem, qualiſcunque tandem fuerit, totum corpus ſentit, quod minima pars corporis eadem omnia habet, quæ & maxima.*

de locis in homine

Meſues ait: Rhabarbarum, ex quo purgandi vis extracta eſt, animam perdidit, adeòque propria facultas rhabarbari, agrimoniæ, abſinthij, in nullo alio reperitur, quam in rhabarbaro, agrimonia, abſinthio &c. Ridicula itaque ſunt ſimplicium ſuccedanea in Theriacam, aliaſque compoſitiones ſubſtituta. Anima enim eſt ſui domicilij architecta, quæ ſibi fabricatur conueniens, accommodatumque inſtrumentum ex Themiſto: citat Scaliger, & idem 307. ſect. 29. ipſa-

de ſimpl. medica. cap. de Rhabarbaro

na-

natura in animali omninò anima eſt,ipſa ſibi fabricat calces, dentes, cornua ad vitam tuendam, itaque iis vtitur, & ſcit quo ſit vtendum modo ſine obiecto aut phantaſia vlla.

Error itaque eſt, quid pro quo ſubſtituere: ſanguinem nimirum quadrupedum ſanguini ſufficere humano, qui tantummodo in homine reperitur, in alioque nullo, neque venarum ſanguis, arteriarum ſanguini reſpondet, eò quod diuerſis rectoribus ſubindè ſubſit ex ſupra dicta ratione: ſic etiam in diſpenſatorijs legimus pro cerui adipe, caprarum ſubſtitutum, aliaq; quam plurima abſurda, hanc fraudem hoc honeſto vocabulo, *quid pro quo*, appellare conſueuerunt.

Contra pertinaciſſimam, antiquam, & deſperatam vteri hæmorragiam cum iam omnia conclamata eſſent, aſinini lactis vſus fuit præſcriptus: cuius loco ægra decepta, vſa eſt duos ferè menſes lacte vaccino ſine fructu; verum venditoris fraude (quid pro quo) detecta bibit aſininum, ex quo breui perfecta ſanitate conualuit: non quia lac iſtud ſolummodò prima qualitate humectet, refrigeret, vel nutriat, id enim prorſus præ-

præſtat, & vaccinum, ſed eò quia vtrumque Hippocraticum diuinum, morbique, remedijque ſibi inuicem permiſta inter ſe cognoſcuntur atque concordant (ideſt acidum morboſum vteri venas erodens, non auſcultabat alij, niſi alcali aſinini lactis) quæ concordantia bubulo non ineſt, vt praxis præſens edocet: longè quippè vtrorumque eſt alia natura, vt paulo ante de humano, ouilloque ſanguine monſtrauimus; vſque adeò quid pro quo, neque hic, neque alicubi locum habere queat. In alia vteri hæmorragia, nec aſininum lac, nec aliud quicquam remedij profuit, niſi potus aquæ ſpermatis ranarum, vt alibi notaui.

Si ergo anima eſt ſui domicilij architecta, morbos omnes, atque ſingulos, cum ſint inter ſe diuerſi, diſtinctas, & diuerſas habere animas neceſſe eſt, eſtque illud, quod Hippocrates in morbis diuinum vocauit: *cui enim rei non adeſt, aut quid ſine eo fit tandem*? Hunc ſpiritum cuncta ſcientem, tam morborum, quam remediorum eſſe fabrum, docet Magiſter citato libro Mortalibus, *inquiens* vitæ, & morborum ægrotis ſolus is eſt auctor.

de flatibus

Ergo

Ergo & podagræ auctor non eſt humor excrementitius à capite defluens, ſed ſpecialis, animatus inuiſibilis ſpiritus, pro cuius exacta cognitione hunc tractatum ex pauperum commiſeratione, & in proximi neceſſitatem conſcribimus.

Natura, & Artis inſtrumenta per ignem, & aquam explicantur.

Cap. 7.

VNiuerſalem ignem cuncta ſcientem, omnium rerum animam, occultum atque inuiſibilem acidum ſpiritum ex Sole proficiſci, quem aquæ in matrimonium iunctum fermentum vitale rerum conſtituere, & omnia, quæ mundus habet, in ſe comprehendere, ex Hippocrate demonſtrauimus: Hæc tamen omnia prudenti medico non ſufficiunt, tum ad cognitionem, cum ad curationẽ, niſi inſuper etiam hominis naturam exactè cognoſcere, & diiudicare didicerit, vt *ait Magiſter* cognoſcere quidem ex quibus ab initio conſtitutus eſt, diiudicare verò, quæ in ipſo partes dominium obtinent: ſi enim ab initio con-

conſtitutionem non cognoſcat, & id quod in corpore dominatur, non poteſt ea, quæ homini conducunt, offerre.

de diata Omnia igitur tum animantia, tum homo ipſe ex duobus facultate quidem diuerſis, vſu verò conſentientibus conſtant IGNE ſcilicet, & AQVA. Quæ duo ſimul iuncta, tum aliis omnibus, tum ſibi inuicem ſatis ſunt: vtrumq; verò ſeorſim, neque ſibi ipſi, neque cuiquam alteri ſatis eſſe poteſt. Horum igitur vtrumque hanc obtinent facultatem, IGNIS ſiquidem omnia ſemper mouere. AQVA verò omnia ſemper nutrire Hactenus Hippocrates.

Nutritur autem homo viuens duplici nutrimento *ſubiungit*, corporeo nempè, & ſpirituali, ſine hoc autem illud parum ad vitam confert. Niſi enim acidum vitale, ſeu mollis ignis in ſtomacho, corporeo alcali nutriatur, facilimè ambo in ruinam cadunt, & vice verſa niſi alcali ſaturetur dicto ſpirituali, vitalique acido, perdit nutrimenti vim, atque in cadauer reſoluitur.

Etenim ſicut oſtendi in macrocoſmo ab alcali trahi magnetica virtute Solis filium, huncque rur-

ſus

ſes in alcali reuerberari à calore in nutrimentum: ſic etiam ab homine per inſpirationem pabulum illud ſpirituale (quod occultum vitæ cibum vocat Coſmopolita) attrahitur per pulmonem rectà ad microcoſmi centrum Cor, quod hìc Solis vicem gerit, atque ſedes eſt humidi radicalis, & focus; vbi naturæ humanæ ignis primò accenditur, vt in Clauis cap. 9. demonſtratum eſt, attractumq; vitæ pabulum in alcali ſuo modo reuerberando ſixatur, atque rurſus indeſinenter attrahitur; formaturque humidum radicale, quod penes ſe habet omnia, quæ hominem conſtituunt.

Et quemadmodum ex hac VNA RE omnes res Macrocoſmi natæ ſunt, vt ſupra ex Hermete notauimus: Sic quoque ex hac VNA RE omnes particulæ Microcoſmi naſcuntur, vnde quælibet particula rurſus claudat in ſe particulariter VNICAM REM neceſſe eſt: ideòque quælibet particula rotundo ore dici hac ratione poteſt Microcoſmus, *cuicunque verò parti à principio non inerit vnica hac res, deinceps augeri non poterit*: concludit Magiſter.

Ventriculi partium de diata

Prudens ille humanæ naturæ

P Prin-

Princeps *omnia ſciens*, quæ in corpore contingunt, indeſinenter ſua ab arce imperans, facultateſque omnes, cæteraque organa harmonicè mouens, vitam & motum omnibus in microcoſmo ventriculis plus minus cuique pro ſingulorum exigentia inſpirat, *ſuſcipiuntque ea, quæ incidunt*, ait Magiſter. Inde fit, vt vniuerſalis ventriculus, qui reliquis omnibus præſidere cognoſcitur, vitali aura ſeu multi-ventri ſpiritu repletus ſit, qui cum neque ſolus eſſe, neque ſibi ſoli ſufficere valeat, appetere alcali (ſeu cibum) pro ſui multiplicatione incipit, qui cibus attractus, & aſſumptus reſoluitur, & fermentatur à dicto acido ſpiritu in materiam primam, vt ità dicam: in illa autem fermentatione, eademque opera, infunditur prædictæ materiæ anima, quæ (vt dixi) ſemper ſpiritui inſeparabiliter adhæret, tranſmutaturque in acidum lacteum vitalem ſuccum communi nomine chylum, cui rurſus omnia generationi, aut nutritioni neceſſaria inſunt. Differt autem dictum fermentum acidum naturale ab aliis acetoſis, quia ſcilicet quæ penetrat eadem etiam opera volatizat: ſpiritus autem acetoſus arti-

Tranſmutationem alimenti vocat Galenus coctionem proſiciſcentem à totius ſubſtantia vi.

Chylus eſt ſuccus vitalis

artificialis quilibet diſſoluendo ipſemet coagulatur, & fixatur.

Chylum autem manifeſtè acidum eſſe mechanicè demonſtrauit olim Hippocrates Chimicus, ita vt vel quilibet plebeus aciditatem fateri compellatur: Cum verò hic acidus ſuccus in intima, non niſi errore admittatur: admiſſus enim ſtranguriam in vrina generat, colicam in inteſtinis, podagram in iuncturis, ſcabiem in pelle, propterea aciditatem deponere priuſquam intranea ſubeat, neceſsè habet, ſudorem, ſanguinem, vrinam, ſaliuam &c. ſalſa eſſe experientia docet, oportet itàque, vt etiam chylus ſalſus fiat, antè quam ad intima progrediatur. Cap. 13.

Non poteſt autem acidus chylus ſalſum induere ſaporem niſi in alcali, cuius proprietas eſt iuxta ſui principij indolem acida virtute magnetica attrahendi, & in ſalſum commutandi, vt hinc indè mechanicè docuimus, idcircò per meſenterij multiplicia vaſa, alcali ditiſſima tranſit, (vt per potatas acidulas, ipſumque vitriolum ad oculum oſtendit Hippoc. Chimicus) cum quo concorditer copulatur, ſalſumque tunc induit ſaporem, vt omni acido alcali iuncto

in macrocoſmo, & artificialibus contingit.

Hactenùs Anatome patentes ductus ibidem, per quos chylus fluere poſſit, nondum vidit, vndè hinc euincitur totus chylus vitali aura turgidus in vaporem ita volatilem (vt dixi) reſolui, ſubtiliarique, vt ſolidam membranam peruadere nullo negotio poſſit, aliàs alimenti nomine ab Hippocratico medico vocari non licet, ſic *docente Magiſtro* Alimentum eſt, quod in ſpirituales vapores conuerſum eſt, à talibus nutriuntur ſpiritus vitales actiuorum autores.

Natura imitatur artem, & hæc rurſus Naturam. Hinc cuilibet Hippocratico diſcipulo manifeſtè innoteſcit in artificiali coniunctione cuiuſcunque acidi, & alcali (quæ ſeorſim more ſui principij nihil noui producunt) amborum licet puriſſimorum, plures tamen fæces propter nouam generationem, & in ſalſum tranſmutationem oboriri, quæ in tepore, & quiete à ſalſo nouo ſubſident, & fæcum forma ad fundum vaſis deſcendendo ſeparantur: idem etiam intra microcoſmum in naturali coniunctione acidi chyli cum alcali hinc indè per multiplicia in me-

meſenterio vaſa diſperſo continge-
re debet, cum natura vbique per ſi-
milia inſtrumenta operetur: ſepa.
rantur inquam pura ab impuris
propter nouam generationem:
Non enim poteſt, *inquit Magi-* *diata*
ſter, id quod ſimiles mores non ha-
bet, in eodem loco permanere;
multa idcircò concurrunt *aliena*,
non ſolum à dicta coniunctione,
& neceſſaria noua generatione, ſed
etiam propter hominum intem-
perantiam, quæ *aliena* niſi ſecer-
nantur hoſtilem dabunt ſuccum,
quem vſitato vocabulo crudum,
vel impurum appellamus, lenta-
rum febrium aliorumque contu- *Meſenterij morbos oſtendit Fernelius*
macium affectuum in meſenterio
ſtabulantium originem. *Oberrant*
enim ibidem velut ignota, eò quod
vitalis auræ ſymbolo deſtituan-
tur, cuius character ſalſus eſſe ſa-
por, abundè oſtenſus eſt: propterea
in nidoroſum, ſeu amarum ſuc-
cum, *quem bilem appellare ſole-* *de veteri medicina*
mus (ait Senex) in ſimplici tepore
conuerti neceſſe eſt. Cum enim
per intemperantiam fermentum
vitale, ſeu ignis mollis in ſtoma-
cho *importunè cogatur, omni ſuc-*
ceſſu priuabitur. Permixta verò in-
ter ſe cognoſcuntur. *verba Hipocr.*

Salſus hic vapor ex acido alcali-

quies illa actionis remiſſio eſt, non amiſſio vel ceſſatio: Natura introrſum agit, quocunque tempore organa ſua mouet, nec ab actione vnquam deſiſtit: ipſa etiam cadauera motum corruptionis patiuntur; viuentia autem, licet non locali, organico tamen aguntur: hactenus ille. Subiungit & firmat Hippocrates hanc doctrinam. HOMO *inquit*, edens ſanus eſſe non poteſt, niſi etiam LABORET: oportet autem, vt par eſt, LABORVM vim pernoſcere, tam NATVRALIVM, qui carnes in augmentum præparant (id per rarefactionem, & condenſationem ſequenti capitulo oſtenditur) tum eorum, qui per vim fiunt, & carnes extenuant (vt paleſtrica, ligni-ſecium, & ſimilia) quorum plurima de diæta recenſet, cuilibet etiam ſatis abundè nota.

Naturales dictas duas operationes imitatur ars; quæ nequit quidem ſemina ipſa facere, illorum tamen acido, ſeu ſeminali virtute, ab ipſo humido radicali, ſegregata (ſi indiget) pro ipſo ſemine vtitur, in quo acido, cuiuſcunque rei ſit, occultè latitat particularis ratio, & intelligentia, ſeu virtus tranſmutatiua, non ſecus, quam in principio

ſuo,

ſuo, nam ſi cum illo acido (ſpiritu nimirum nitri) *quod ſeorſim, neque ſibi, neque alijs ſufficit*, alcali (tartari) iungatur, acidum illud, trahit alcali NATVRALI LABORE in ſui dominium (ſemina, *inquit*, Magiſter ducunt materiam, quò volunt) fitque coagulum iuxta acidi naturam, *& quæ diuerſos mores habent à regione ſegregantur*, aut ad vaſis fundum, vt ante dixi, aut in vaporis forma exhalant, vt in Clauis 6. capite multiplicibus exemplis mechanicè demonſtratum eſt.

Diuini autem Numinis calumniatores, ab Hippocratica veritate expulſi, & à prudentiæ ſchola iamdudum eiecti, nunquam intelligere debent, quæ totus Medicorum chorus cum omnibus ſuis ſectis intellexit; omnes ſcilicet humanas inuentiones *vt ait Magiſter* imò, *de diata* & ipſa artificia omnia, quæ aut ſunt, erunt, aut impoſterum reperiri queant, nonniſi naturæ operationibus, ac veſtigijs inniti, eò quod prudens hæc Magiſtra in ſuo officio errare nunquam potuit, niſi loci vitio vel artificis ignorantia, quod per ſequens mechanicum exemplum Dioſcorides oſtendit.

conſtitutionem non cognoſcat, & id quod in corpore dominatur, non poteſt ea, quæ homini conducunt, offerre.

de diata Omnia igitur tum animantia, tum homo ipſe ex duobus facultate quidem diuerſis, vſu verò conſentientibus conſtant IGNE ſcilicet, & AQVA. Quæ duo ſimul iuncta, tum aliis omnibus, tum ſibi inuicem ſatis ſunt: vtrumq; verò ſeorſim, neque ſibi ipſi, neque cuiquam alteri ſatis eſſe poteſt. Horum igitur vtrumque hanc obtinent facultatem, IGNIS ſiquidem omnia ſemper mouere. AQVA verò omnia ſemper nutrire Hactenus Hippocrates.

Nutritur autem homo viuens duplici nutrimento *ſubiungit*, corporeo nempè, & ſpirituali, ſine hoc autem illud parum ad vitam confert. Niſi enim acidum vitale, ſeu mollis ignis in ſtomacho, corporeo alcali nutriatur, facilimè ambo in ruinam cadunt, & vice verſa niſi alcali ſaturetur dicto ſpirituali, vitalique acido, perdit nutrimenti vim, atque in cadauer reſoluitur.

Etenim ſicut oſtendi in macrocoſmo ab alcali trahi magnetica virtute Solis filium, huncque rur-

ſus

ſes in alcali reuerberari à calore in nutrimentum: ſic etiam ab homine per inſpirationem pabulum illud ſpirituale (quod occultum vitæ cibum vocat Coſmopolita) attrahitur per pulmonem rectà ad microcoſmi centrum Cor, quod hîc Solis vicem gerit, atque ſedes eſt humidi radicalis, & focus; vbi naturæ humanæ ignis primò accenditur, vt in Clauis cap. 9. demonſtratum eſt, attractumq; vitæ pabulum in alcali ſuo modo reuerberando ſixatur, atque rurſus indeſinenter attrahitur, formaturque humidum radicale, quod penes ſe habet omnia, quæ hominem conſtituunt.

Et quemadmodum ex hac VNA RE omnes res Macrocoſmi natæ ſunt, vt ſupra ex Hermete notauimus: Sic quoque ex hac VNA RE omnes particulæ Microcoſmi naſcuntur, vnde quælibet particula rurſus claudat in ſe particulariter VNICAM REM neceſſe eſt: ideòque quælibet particula rotundo ore dici hac ratione poteſt Microcoſmus, *cuicunque verò parti à principio non inerit vnica hac res, deinceps augeri non poterit*: concludit Magiſter. *Ventriculi partium de diata*

Prudens ille humanæ naturæ

P Prin-

Princeps *omnia ſciens*, quæ in corpore contingunt, indeſinenter ſua ab arce imperans, facultateſque omnes, cæteraque organa harmonicè mouens, vitam & motum omnibus in microcoſmo ventriculis plus minus cuique pro ſingulorum exigentia inſpirat, *ſuſcipiuntque ea, quæ incidunt*, ait Magiſter. Inde fit, vt vniuerſalis ventriculus, qui reliquis omnibus præſidere cognoſcitur, vitali aura ſeu multi-ventri ſpiritu repletus ſit, qui cum neque ſolus eſſe, neque ſibi ſoli ſufficere valeat, appetere alcali (ſeu cibum) pro ſui multiplicatione incipit, qui cibus attractus, & aſſumptus reſoluitur, & fermentatur à dicto acido ſpiritu in materiam primam, vt ità dicam: in illa autem fermentatione, eademque opera, infunditur prædictæ materiæ anima, quæ (vt dixi) ſemper ſpiritui inſeparabiliter adhæret, tranſmutaturque in acidum lacteum vitalem ſuccum communi nomine chylum, cui rurſus omnia generationi, aut nutritioni neceſſaria inſunt. Differt autem dictum fermentum acidum naturale ab alijs acetoſis, quia ſcilicet quæ penetrat eadem etiam opera volatizat: ſpiritus autem acetoſus arti-

Tranſmutationem alimenti vocat Galenus coctionem proficiſcentem à totius ſubſtantia vi.

Chylus eſt ſuccus vitalis

artificialis quilibet diſſoluendo ipſemet coagulatur, & fixatur.

Chylum autem manifeſtè acidum eſſe mechanicè demonſtrauit olim Hippocrates Chimicus, ita vt vel quilibet plebeus aciditatem fateri compellatur: Cum verò hic acidus ſuccus in intima, non niſi errore admittatur: admiſſus enim ſtranguriam in vrina generat, colicam in inteſtinis, podagram in iuncturis, ſcabiem in pelle, propterea aciditatem deponere priuſquam intranea ſubeat, neceſſè habet, ſudorem, ſanguinem, vrinam, ſaliuam &c. ſalſa eſſe experientia docet, oportet itàque, vt etiam chylus ſalſus fiat, antè quam ad intima progrediatur. Cap. 13.

Non poteſt autem acidus chylus ſalſum induere ſaporem niſi in alcali, cuius proprietas eſt iuxta ſui principij indolem acida virtute magnetica attrahendi, & in ſalſum commutandi, vt hinc indè mechanicè docuimus, idcircò per meſenterij multiplicia vaſa, alcali ditiſſima tranſit, (vt per potatas acidulas, ipſumque vitriolum ad oculum oſtendit Hippoc. Chimicus) cum quo concorditer copulatur, ſalſumque tunc induit ſaporem, vt omni acido alcali iuncto

in macrocoſmo, & artificialibus contingit.

Hactenùs Anatome patentes ductus ibidem, per quos chylus fluere poſſit, nondum vidit, vndè hinc euincitur totus chylus vitali aura turgidus in vaporem ita volatilem (vt dixi) reſolui, ſubtiliarique, vt ſolidam membranam peruadere nullo negotio poſſit, aliàs alimenti nomine ab Hippocratico medico vocari non licet, ſic *docente Magiſtro* Alimentum eſt, quod in ſpirituales vapores conuerſum eſt, à talibus nutriuntur ſpiritus vitales actiuorum autores.

Natura imitatur artem, & hæc rurſus Naturam. Hinc cuilibet Hippocratico diſcipulo manifeſtè innoteſcit in artificiali coniunctione cuiuſcunque acidi, & alcali (quæ ſeorſim more ſui principij nihil noui producunt) amborum licet puriſſimorum, plures tamen fæces propter nouam generationem, & in ſalſum tranſmutationem oboriri, quæ in tepore, & quiete à ſalſo nouo ſubſident, & fæcum forma ad fundum vaſis deſcendendo ſeparantur: idem etiam intra microcoſmum in naturali coniunctione acidi chyli cum alcali hinc indè per multiplicia in me-

meſenterio vaſa diſperſo contingere debet, cum natura vbique per ſimilia inſtrumenta operetur: ſeparantur inquam pura ab impuris propter nouam generationem: Non enim poteſt, *inquit Magiſter*, id quod ſimiles mores non habet, in eodem loco permanere; multa idcircò concurrunt *aliena*, non ſolum à dicta coniunctione, & neceſſaria noua generatione, ſed etiam propter hominum intemperantiam, quæ *aliena* niſi ſecernantur hoſtilem dabunt ſuccum, quem vſitato vocabulo crudum, vel impurum appellamus, lentarum febrium aliorumque contumacium affectuum in meſenterio ſtabulantium originem. *Oberrant enim ibidem velut ignota*, eò quod vitalis auræ ſymbolo deſtituantur, cuius character ſalſus eſſe ſapor, abundè oſtenſus eſt: proptereà in nidoroſum, ſeu amarum ſuccum, *quem bilem appellare ſolemus* (ait Senex) in ſimplici tepore conuerti neceſſe eſt. Cum enim per intemperantiam fermentum vitale, ſeu ignis mollis in ſtomacho *importunè cogatur, omni ſucceſſu priuabitur. Permixta verò inter ſe cognoſcuntur*.

diæta

Meſenterij morbos oſtendit Fernelius

de veteri medicina

verba Hippocr.

Salſus hic vapor ex acido alcali-

que compoſitus, ab Hepatis ventriculo rurſus aſſugitur, ib'que in liquorem condenſatur, qui vulgò ſanguis dicitur, eſtque (vtpotè volatilis, & vaporoſus) aqua microcoſmi (vt de macrocoſmi aquâ quoque dictum eſt) omnium ſuccorum, muſculorum, venarum, capillorum &c. ſemina complectens, vitaliſque ſpiritus ſedes, iuxta ſacra, qui per venas tanquam per riuulos decurrens irrigat totam microcoſmi terram.

Et quemadmodum macrocoſmi ſeminibus ineſſe virtutem tranſmutatiuam aquæ, ex dictis claruit, quæ rarè facta trahitur à radicibus mille, rurſuſque coagulatur in herbas mille, calidas, acres, amaras, dulces; acidas, inſipidas, frigidas, aliaſque infinitas ferè, diuerſi quaſque ſaporis (taceo colores) quam particularis prudens ignis ſeu intelligentia latitans occulto artificio in ſeminum ventriculis exornat, adaptat, multiplicatque, & ſi quod ſuperfluum eſt, iterum rarefit, & in forma vaporis exhalat.

Sic etiam in microcoſmi ſeminibus, ſeu minimis muſculis, quorum quilibet ſuum ventriculum habet; abſconſa latet ratio vitalis,

ſeu

ſeu particularis inuiſibilis intelligentiæ ignis, ſeu virtus tranſmutatiua ſanguinis (dic vt lubet) qui indè rarefactus trahitur à ſingulis, atque condenſatur in diuerſas mille particulas, quæ tranſmutatiua virtus, NATVRALIS LABOR, vel partium ventriculus Hippocrati dicitur: *qui vnicuique locum perficit, quo allabentia ſuſcipiuntur, quæ verò ſuperflua, & diuerſos mores habent è regione protruduntur*. Non obſcurè idem *Galenus*: ſingulas corporis partes, vt ſuum nutrimentum, ita etiam excrementum habere, & ſuperfluum, derelictum naturæ partis humorem eſſe, docet: Et ideò totum corpus perſpirabile, adnotauit Senex, vt liberè, ſineq; impedimento, quod inutile eſt, diffluere poſſet: quibus addit Philoſophus naturæ motus, *inquit*, continuus, ac indefeſſus eſt; non minus in partibus, quam in toto; agit enim illa ſemper, otij impatiens, adeò vt ſi momento quieſceret, rueret fabrica vniuerſi, quæ legi motus perpetui mancipata eſt; neque etenim terra ſtans, mare pacatum, aer tranquillus, quià moueri non percipiuntur, propterea omninò quieſcunt; *non ſecus ac homo dormiens*:

diæta

5. Aphor. 39.

quies illa actionis remiſſio eſt, non amiſſio vel ceſſatio: Natura introrſum agit, quocunque tempore organa ſua mouet, nec ab actione vnquam deſiſtit: ipſa etiam cadauera motum corruptionis patiuntur; viuentia autem, licet non locali, organico tamen aguntur: hactenus ille. Subiungit & firmat Hippocrates hanc doctrinam. HOMO *inquit*, edens ſanus eſſe non poteſt, niſi etiam LABORET: oportet autem, vt par eſt, LABORVM vim pernoſcere, tam NATVRALIVM, qui carnes in augmentum præparant (id per rarefactionem, & condenſationem ſequenti capitulo oſtenditur) tum eorum, qui per vim fiunt, & carnes extenuant (vt paleſtrica, ligni-ſecium, & ſimilia) quorum plurima de diæta recenſet, cuilibet etiam ſatis abundè nota.

Naturales dictas duas operationes imitatur ars; quæ nequit quidem ſemina ipſa facere, illorum tamen acido, ſeu ſeminali virtute, ab ipſo humido radicali, ſegregata (ſi indiget) pro ipſo ſemine vtitur, in quo acido, cuiuſcunque rei ſit, occultè latitat particularis ratio, & intelligentia, ſeu virtus tranſmutatiua, non ſecus, quam in principio

ſuo,

ſuo, nam ſi cum illo acido (ſpiritu nimirum nitri) *quod ſeorſim, neque ſibi, neque alijs ſufficit*, alcali (tartari) iungatur, acidum illud, trahit alcali NATVRALI LABORE in ſui dominium (ſemina, *inquit*, Magiſter ducunt materiam, quò volunt) fitque coagulum iuxta acidi naturam, *& quæ diuerſos mores habent à regione ſegregantur*, aut ad vaſis fundum, vt ante dixi, aut in vaporis forma exhalant, vt in Clauis 6. capite multiplicibus exemplis mechanicè demonſtratum eſt.

Diuini autem Numinis calumniatores, ab Hippocratica veritate expulſi, & à prudentiæ ſchola iamdudum eiecti, nunquam intelligere debent, quæ totus Medicorum chorus cum omnibus ſuis ſectis intellexit; omnes ſcilicet humanas inuentiones *vt ait Magiſter* imò, & ipſa artificia omnia, quæ aut ſunt, erunt, aut impoſterum reperiri queant, nonniſi naturæ operationibus, ac veſtigijs inniti, eò quod prudens hæc Magiſtra in ſuo officio errare nunquam potuit, niſi loci vitio vel artificis ignorantia, quod per ſequens mechanicum exemplum Dioſcorides oſtendit. *de diæta*

Cupri laminæ, *inquit*, in locum aridum cum vinaceis aceſcentibus conduntur, hæc aciditas rodendo rarefacit cuprum, & condenſantur ambo in ſalinum corpus, quod æs viride vocatur, humidum quod ſuperfluum eſt, exhalat: perfacilis eſt labor, & in ſuo genere perfectum opus, quia ars imitatur naturam.

Si verò idem cuprum vnà cum iſdem vinaceis in locum humidum conderetur, non æs viride, ſed liquamen daret inutile, erraretque natura loci vitio.

Et idem laminato cupro, ſi plures acidos ſuccos affundas, vt pueriliter decanorum turba edocet, fit tantùmmodo, vt ex illa ſine lege miſcella confuſio ſurgat inter ſuccos illos, quorum vnus alium præoccupat, donec tandem, & ille, qui reliquos ſuperat, à conflictu fatiſcat; cumque cuprum alacriter amplius aggredi nequeat, ideò in turpis coloris æruginem condenſantur, non quidem naturæ, ſed ineptiſſimorum doctorum errore, qui ignorant, quid imitentur.

diata lib. 1 Vndè rurſus *Magiſter*: quæ natura conſtituit, ea ſemper rectè habent: quæ verò rudes plebei, nunquam.

Ra-

Rarefactio, & condenſatio, Nuura inſtrumenta, & artis, Podagræ cauſam manifeſtant.

Cap. 8.

SIcuti coufuſo Chao ſingulæ vniuerſi partes commixtæ potentia inerant, quas Diuini ſpiritus opifex in actum ſeparauit, & rarefecit: hancque operationem veteres Philoſophi à Græco SPAGYRIAM : Et Paracelſus more ſuo MYSTERIVM magnum nominauit, neque reuera ineptè eſt locutus, licet eius ſenſus à pluribus non percipiatur. Sic & hodie ſingula rerum indiuidua multi ventris ſpiritui potentia inſunt, vt ſupra oſtendimus, priuſquam in lucem edantur; ideò radices rerum in aere eſſe doctrinaliter admodum ac præclarè ſcripſit Calid.

Ita arti, quæ ſapientiſſimæ Naturæ ſimia eſt, commiſcere licet multos, ac diuerſos acidos ſpiritus, eoſque in vno vaſculo confundere in vnum Chaos ſiue multiventrem ſpiritum: Huic ſpiritui affunde alcali tartari ad ſaturationis punctum, quod cum vicem mate-

riæ ſubeat, abducitur in naturam ſpiritus, vt Hippocrates loquitur, ſuperfluum humidum per exhalationem ſegrega, donec cuticula deſuper coaguletur, vt in Clauis cap. 6. docui, & in frigido loco reperies hoc naturali SPAGYRICO ſeu ſeparatorio labore tot diſtinctas ſalium ſpecies, quot acidos liquores confudiſti vllum citra errorem: eò quòd duæ formæ in vno ſubiecto non concurrant, neque conuenire poſſint ob rationem ſuperius dictam, cum verò vnus illorum languet, eius productum ſal in forma quoque hebeſcat neceſſe eſt.

Diſcat hinc Diuini Numinis reprobatoria turba, ſpiritus illos lucis naturæ ſcintillam in ſe recondere, intelligentiamque ex ſua dotali proprietate habere, niſi enim intelligentiæ ſenſu pollerent, in vna ac ſimili materia locum ſinguli non ſeruarent ſuum; idque clariſſimè apparet in acidis mineralium ſpiritibus, quilibet enim illorum ex eodem alcali fabricat aptum ſibi, ſeparatumque domicilium, altero alterius nequicquam perturbante locum: Eſtque id diuinum illud, tam in rebus, quàm in morbis, quod Hippocratem in admira-

tio-

tionem traxit, & quod ieiuni de cani tanquam nefandum quid, & proſcripſerunt, & blaſphemarunt. *diuinum Hippocr. quid?*

Non aliter ſe res habet in chao, ſeu acido vitali humani ventriculi: in hoc quippè omnes particulæ, tam ſolidarum, quam fluidarum vniuerſi corporis partium potentia inſunt, quas prudens opifex, & SPAGYRVS in ſtomacho ſedens iuxta ſuam intelligentiam ſeparat, ideòque vt eius principium, multiuentris ſpiritus dici meretur, in quo radices omnium partium corporis humani ſitæ ſunt, occultæq; latitant; non ſecus, quàm in ouo abſconditur gallus gallinaceus, vnà cum pulcherrimis pennarum coloribus: *Nam tua naturam rerum prudentia mutat* canit Orpheus: quod enim omnia habet, auget vnumquodque in ſuo loco, cuiuſcunque verò pars à principio non inerit, augeri non poteſt *docet Magiſter*; ſi verò vnica particula in ſpiritu langueat, eius quoque productum hebeſcere, neceſſe eſt, quod mechanicè paulo ante demonſtrauimus. Adeòque morbos nobiſcum naſci, & non ſecus, quam barbam ſuo tempore erumpere, peritè admodum Plato dixit. His præmiſſis per-

in Hymnis

diata

Gibboſi, caci, claudi, &c. quomodo naſcuntur? & in ſemine omnis futuri hominis ratio comprehenſa eſt. Senec. l. 3. qu. Nat. c. 29.

pergit Magiſter.

Mucus Mucus, *inquit*, omnibus à Natura ineſt, & cum purus fuerit benè valent ARTICVLI, ideòque facilè mouentur, cum ſint inter ſe lubrici.

Eſt autem mucus in articulis iuxta Philoſophum illud gluten ſpermaticum, quod inter ligamenta, & oſſium congreſſu eſt, articulorumque nutrimentum, & ibidem copioſius generatur ob motuum frequentiam, & oſſium fortem compreſſionem, quandoquidem ſine illo muco oſſa ex mutuo confrictu æſtuarent: hunc mucum Neoterici Synouiam appellarunt, vt diſtinguerent illum à narium Muco. *Synouia*

Quapropter Muci præſes gubernatorque aſſiduus, quem ipſius inuiſibilis multiventris ſpiritus particulam eſſe, vel radium ſuperius oſtendi, Hippocrati verò auram leuem: Horatio auram diuinam: Virgilio igneum vigorem, & Galeno calidum innatum, omnia, quibus indiget in ſe habens, iugiter auxilium ac vitam dicto muco inſpirat; hæc inquam particula, vel ſi ſpontaneo motu langueat, vel vt ait Hippoc. *alios mores induat*, aut per errorem à non naturalibus

Pyripnon, ideſt igneũ ſpiraculũ ſic vocat Orpheus, item ardentem ſpiritum.

rebus,

rebus, aut hæreditario iure, perindè nunc eſt, præterque ſolitum efferueſcat, vt aciditate ſuperet reliquam partem! labor tunc illicò oboritur, & dolor: *Quodcumque enim alterum ſuperauerit, illud ipſum incrementum ſuſcipit*, ait Senex. *diata*

Labor autem oboritur, & dolor, vbi vexauerit, quæ à carne fluit, humiditas, *inquit* doctor meus, imò quandoque febriculam, ſeu ephemerinam ſuſcitat propter inſuetum ſaporem, quem acidum vel crudum, vt vocant, iugiter protrudit; de carnibus enim docet *quod nunquam quieſcat*, & de humoribus: ſi quæ pars ante morbum laborauit, ibi morbi ſedes erit.

Mucus autem indeſinenter reſtaurari indiget, vt & reliqua conſtitutiua, propter continuam tranſpirationis neceſſitatem: Igitur eius humidum radicale, quod alcali eſſe Clauis cap. 9. oſtenditur magnetico modo, natura lique labore trahit viuificum illud calidum innatum, ipſi debitum, deſtinatumque vel metu vacui, vel ne maſſa continuè expirando abſumatur, vel areſcat: cum verò ait Hippoc. *alios mores*, ideſt, acidum ſaporem aſſump-

ſumpſerit, in illo coniunctionis puncto efferueſcentiam, ſeditionem, ventumque excitari in ipſo muco neceſſe eſt, oboriturque flatus, non ſecus, quam ſi acetum corallis ſuperfunderetur. Quando igitur, *pergit Magiſter*, multus aer fortes fluctus facit, tunc & arbores radicitus euelluntur: ità & in microcoſmo, quandò multa ſpirituoſa aciditas muco impetuosè affluit, vel fortes fluctus facit, tunc oboritur labor, & dolor, ſpirituum potentia ità cogente; *quid autem ſine hoc fit tandem? aut cui rei non adeſt?*

de flatibus

Cæterum gubernator ſpiritus pro particulari ſua intelligentia cum ſit ſemper officij ſui memor nil aliud quam ſynouiam exornat, præparatque: interim tamen neſcit, quod eam aciditate ſua labefactet, ac in indiuidui ruinam ità laborando cudat: Synouia quoque viciſſim metu vacui, magneticoque modo eundem in doloris tragœdiam nunquam attrahere deſinit; & eſt, quod voluit Hippoc. *Neſciunt, quid faciunt, ſed deſtinatum fatum explent.*

de diæta

Porrò ſynouiæ humidum radicale (quod nil aliud eſt, quam illa pars multiuentris ſpiritus muco

præ-

præſidentis, quæ Galeno calidi innati pars dicitur, ab illo muco attracta, & à calore cordis in alcali reuerberata, vt etiam Clauis cap.9. oſtendi) non poſſe attractum calidum innatum ſupra modum acceſcens in volatile ſalſum tranſmutare, patet ex iuncturarum tumiditate, nil ſiquidem tunc temporis illàc expirat, vt à priore in ſanitate, tranſuolabili elaborato, longè recedens: vndè ſequitur quotieſcunque per errorem dicta acida leuis aura cum muco coniungitur, aut confluit (ventus enim tunc excitatur, & fortes fluctus fiunt) ſentiri quaſi igneam guttam cadere: illicò namque alcali ebullit, conſtringiturque in acidi allabentis naturam, vt naturalis mos eſt, cuiuslibet acidi ſpiritus conſtringendi alcali in propriam indolem, & id eſt, quod docet Hippoc. ſemina, ideſt, acida abducere materiam, ideſt alcali, quò volunt. Natura ſiquidem vbique per eadem inſtrumenta Spagyricè ſemper laborat, vt ſuis locis demonſtratum eſt.

Gutta nomen

Et cum totum corpus in viuis perſpirabile ſit ex Hippoc. radiatur, diffundi turque ſpirituale illud fermentum à manibus ad pedes, & vice verſa, liberumque vagatur

hinc

hinc inde, ſine impedimento vllo: hinc Senex. *Articularis morbus cum detinet corporis articulos, ignis & dolor inuadit, prehendit etiam acutus, & ad alium atque alium etiam articulum vehementiores, & leuiores dolores decumbunt*, ob id vocatur à vulgo Arthritis vaga, contaminat enim dictum mucum, vel ſynouiam, cui præſidet eodem prorſus modo, quo ſpiritualis odor ab adultorum dentibus efflans mucilaginem ſubindè ibi adhærentem petrifico odore pedetentim inficit, quam, niſi quotidiè abſtergatur, temporis progreſſu in lapideam indolem durat, à multis inepto vocabulo tartarum appellatam: non enim decuſſa à dentibus in aqua bulliente, vt tartarus, liqueſcit. Vulgus in vrbe aptiùs cappas vocat. Pari quoque ratione occultus, & ſpiritualis acido ſulphureus odor auripigmenti inficit, & denigrat ſal ſaturni, etiam à ſe longè diſtans, vt habetur in Clauis cap. 9. Indè manifeſtatur ratio, & intelligentia fermentorum, *vnumquodque enim locum ſuum ſeruat*, vt paulo ante naturali labore, ac mechanicè patefecimus per acidorum actionem in alcali. Ignis ergò (non humor) *ait Ma-*

lib. de affectionibus.

Magiſter, omnia, quæ in corpore ſuo modo ad vniuerſi imitationem, parua cum magnis, & vice verſa diſponit, non ſecus, quam artifex aquæ fortis igneos ſpiritus intra ſimplicem aquam per fumum intrudit, irretit, vincit, totamque aquæ maſſam in dicti acidi naturam ſigillat, ſubiugat, & tranſmutat. *de diata*

Eodem modo obedit tractiua vis ſynouiæ proprio ac deſtinato præſidi fermento, & nulli alij, illiuſque trahit tantum, quantum protrudit, ſicut homines, qui lignum ſerra ſecant, ait Senex, alter trahit, alter protrudit, idem enim vterque facit. *Igitur ſubijciam*, addit, *quod non aliunde vnquam veriſimile ſit morbos euenire, quam inde, ſi is aut plus, aut minus, aut cumulatior, aut morbidis ſordibus inquinatior in corpus ſe ingerit*. *de diata* *de flatibus*

In Clauis 8. capite illuſtribus exemplis oſtendi, fermentum, ignem, acidum, ſolem, lumen eaſdem habere poteſtates, luminis autem proprium eſt, extendere radios ad circuli extremum ambitum: tuncque eoſdem reflectere; hominis autem corpus phyſicum, cum ſit perfectum, rotundi iura tenet; ideò

ideò forſan podagræ fermentum incipit quoque ab extremis pedum articulis plerumque ſeſe reflectere (quod ruditer indicare videtur Senex: Venæ, *inquit*, omnes corporis humani in pedum, & manuum digitos deſinunt) donec tandem morbus vires acquirat eundo, ex peregrina inuiſibili aura magis, magiſque in dies incrementa fermentatione capiente ſupra auræ ſtomachi naturam; vndè vitale lumen paulatim illius contagio hoſtili ſuperatur, vires amittit, propinquiora etiam loca tunc infeſtantur, & frequentius recidiuant paroxiſmi.

de natura pueri

Non eſt autem in pedum articulis ipſa podagra, ſed eius ſoli fructus, quorum radix iuxta Calidis ſententiam habitat in multiuentri ſpiritu, ſeu in ſtomachi fermento vitali, ſeu mauis in aere microcoſmi, ita vt ſi dolentem pedem abſcideris, podagram non proindè ſanaueris, vel ſuſtuleris.

Narratur in hiſtorijs quidam doloris impatientia maximum pedis digitum ſibi ſecuri amputaſſe, & de hinc à morbo totus immunis vixiſſe: Non fuit tamen radix in digito, ſed in aura microcoſmi, perturbatio autem animi, in ipſo

ipſo amputationis actu extinxit fermentum, quod vbique animatum eſſe oſtendi. Sic ab animi paſſione plures à podagra ſanatos narrant Scriptores.

Hieronymus Fabrit. Centur. 1. Epiſt. 47. decubuiſſe ſcribit quendam tetricum, & maledicum podagra laborantem, qui nec lecto affixus ſibi à maledicentia erat temperando, quod cum homo quidam feſtiuus, qui & ipſe eius petulanti lingua læſus fuerat, perciperet, ſub crepuſculum veſpertinum, cum fortè ægrotus à familia ſolus tunc eſſet relictus, clam ædes ipſius laruatus, æthiopis inſtar, ingreditur, & ad decumbentis lectum accedit, ægrotus formæ inſolentia, ſolitudine, crepuſculo ipſe perterritus, quis ſit, & vndè venerit, quærit: alter nihil reſpondens propius lectum accedit, & brachijs, quæ & ipſa arthritide laborabant, arreptum dorſo inijcit, atque ita pendentem, vociferantemque extra cubiculum effert, pedes illius gradibus per quos diſceſſurus erat, identidem allidens: vbi in areæ pauimentum ventum eſſet, ibi onere depoſito hominem ſiſtit in pedes, nihil locutus, tantum intuens, mox accurrit, quaſi correpturus

denuò,

denuò, atque extra domum allaturus. Ibi qui prius pedibus inſiſtere præ morbo non poterat, nec in plano ambulare, ne dum per gradus aſcendere, gradus curſu repetit, ſuperat, & ad cubile contendit, & per feneſtras clamore totam viciniam excitat. Accurritur, ille anhelans, & metu penè exanimatus narrat, à ſpectro ſe è lectulo extractum, & extra cubile elatum, tractatum miſerrimè, & niſi nomen Ieſu ingemuiſſet, de ſe actum omninò fuiſſe. Et quod mirum, qui prius podagricus fuerat, indè conualeſcit, nec vnquam poſteà podagra fuit tentatus. Terrore itaque, vel gaudio quamplures à podagra liberati narrantur, quæ ſanatio à nullo alio, quam ab Hipp. diuino dependet, vt probat ſequens Hiſtoria Andreæ Libauij in Ciſta Medica, *quid enim ſine hoc ſit tandem?* ait Magiſter.

Patiens, *inquit*, erat hoſpes publicus. Medicus quidam Nobilis eques, qui pactus 300. florenis ſanationem promiſit, & recepto autographo curam aggreſſus eſt. Patiens iuſſus eſt pedes imponere trunco ligneo: aderant fortes ſerui Nobilis, qui ſedentem tenerent. Ipſe Nobilis ferreo malleo inſtructus

ctus clauibus pedes affixit ligneo trunco, moxque miſerabiliter clamantem ægrotum reliquit, & ſe in equum coniecit. Interim crebro expiſcatus eſt, num morbus fuiſſet reuerſus, cognitoque iam elapſo triennio non redijſſe, ipſe repetijt hoſpitium, & iocatus cum Hoſpite cognouit ſanatum morbum, itàque chirographum produxit, & ſe medicum fuiſſe oſtendit, popoſcitque ſoſtron. Conſentit hoſpes licet crudeliter tractatus, equitemque tam diu pauit cum ſuis, donec trecenti floreni eſſent conſumpti.

Ex quibus hiſtorijs clariſſimè patet ſola animi perturbatione morbum ſanari. Aerem, *inquit Coſmopolita*, corrumpit, quem iterum emendat, id non ſolum in macro, ſed etiam in microcoſmo intelligendum iubet Hippoc. idem enim horum eſt principium.

Nihili ergò non ſunt, quæ apud Paracelſum alioſque Autores paſſim leguntur podagram ſcil. ſanati per tranſplantationem, nimirum quando vngues, & capilli in arborem quandam fodiuntur. Vt & quæ Solinander ſanctè affirmat, *ſi quis* (ait) menſe Martii potet ſuccum Marrubii, iſto anno podagra non affligi. Cum nimirum fortis

po-

potenſque imaginatio concurrat.
Sic obſeruatum eſt diuites podagricos poſtmodum mutata fortuna in pauperiem lapſos, podagram euaſiſſe, non quod in hoc ſtatu frugalius viuerent, vt ignarum vulgus blaterat, podagram nimirum eſſe Veneris, & Bachi filiam; ſed ex ſola animi paſſione, & mœrore hic morbus ſuperatus eſt. Anima enim, vt docet Magiſter cuncta ſciens, præuidet ex inopia plurima incommoda futura, hinc elanguet: vndè remoratur eius vehiculum ſpiritus acidus in actione ſtomachi primarii, qui cum reliquis omnibus aliis præſideat, hi fatiſcant, *& alios mores*, à podagra diuerſos induant neceſſe eſt, hinc inappetentia, mala conçoctio, atrophia, tabes, & tandem mors vltima linea rerum.

Breuis repetitio dictorum.

Acidum quodlibet conſtat ex anima, & ſpiritu, vt dixi, & in Clauis capite 6. mechanicè demonſtraui, eſtque hic, & vbique ventriculi loco, cui ſi alcali iungatur, tranſmutat illud celeri coctione in ſui naturam, & nutrimentum, non ſecus, quam eius principium,

pium,ignis in aquam agit, coquitque in ſublunaria omnia, & ſegetes, & fructus. In ipſa autem liquidorum coniunctione acidi, & alcali,licet ambo ſint puriſſima aboriūtur tamen quædā fæces propter ſaporum diuerſitates, quæ motu peracto in tranquillo otio,& quiete ſponte fundum petunt, atque à puro ſe ſeparant; tunc peracta dicitur concoctio: ſicut etiam in ipſo vuarum ſucco recenter expreſſo manifeſtè obſeruamus, qui licet centies per cartham, aut laneum pannum percolaretur, nunquam tamen clareſcit, niſi prius *Naturalis labor* rarefactio nimirum liquidi,& condenſatio ſecum præcedat: qui naturalis labor Neotericis non ineptè fermentatio dicitur: ſemel autem clarefactus licet validè conturbaretur, ſponte tamen, paruoque temporis ſpatio denuò reclareſcit, eò quod ſpiritus, anima, & alcali vnum corpus, & vna maſſa Spagyrico, ſeu prudenti naturali labore perfecta ſunt.

Simili prorſus modò ait Hippocr. operatur hominis natura, cum qua omnes artes, omniaque artificia communicant, hac tamen diſtinctione, quod, quicquid acidum diſſoluit in Macrocoſmo, ea- *diata*

dem prorſus opera cum diſſoluto coagulatur, & FIXATVR in ſalſum: Acidum autem in microcoſmo quicquid diſſoluit, cum illo diſſoluto VOLATILIZATVR in ſalſum: ratio eſt quod in humano primo ventriculo ſano habitat volatilis aciditas conſtans ex anima, & ſpiritu, quæ cibum (pro maiori parte alcali ex Hippocr. chimico) *Naturali labore* tranſmutat in ſui ſequacem, volatilem naturam, ſeu volatile nutrimentum. *Vnde Magiſter*, nutrimentum eſt, quod in ſpirituales vapores conuerſum eſt, è talibus nutriuntur ſpiritus vitales actiuorum auctores. Hunc ordinem tenet natura in ſubſequentibus ventriculis omnibus, nec quicquam vſquam ſpiritus huius vacuum eſt *addit de flatibus*, in ipſa autem coniunctione oboriri quaſdam fæces neceſſe eſt, plus minus, iuxta officinæ conditionem, quæ in otio, & quiete ideſt in ſanitate ſponte ſegregantur, & tunc, non prius, concoctio peracta dici meretur, vt quotidiana excreta fæcum, vrinarum, & vaporum ad oculum demonſtrant.

Si verò aut ex fortuitis caſibus, aut in vſu rerum non naturalium ſic dictarum, quis irrepat error, vt

in

in primo ventriculo *Naturalis labor* exactè non perficiatur, alimentumque in ſuæ naturæ conueniens acidum volatile non maturetur, tunc nec in ſecunda, nec in reliquis digeſtionum officinis, ſeu ventriculis in ſalſum volatile emendari poſſe firmat Galenus, & ideò ſuperans aciditas ſubſequentes ventriculos conturbat, quià diſſimiles mores habet. Nam pergit Hippoc. Si hæc in fauces fertur, raucedines oriuntur, anginæ, eryſipelata, & pulmonum inflammationes, hæc omnia primo quidem acria humida, & acida demittuntur, & in his morbi confirmantur, quià ſapor fermentabilis, & contagioſus eſt, ſi non toti, ſaltem parti, cui inſidet. At verò vbi craſſiora, & magis cocta fuerint, omnemq; acrimoniam depoſuerint, tunc iam febres, & quæ moleſtia afficiebant, deſinunt. Eas verò rei cuiuſque cauſas exiſtimare oportet, quę quidem cum adſunt hoc modo prouenire neceſſe eſt, & quibus in aliud temperamentum commutatis, ceſſare.

de veteri Medic.

Catarrhus quid?

Quid clarius dici poteſt vnquam de omnium morborum, atque febrium ortu, atque progreſſu? quicquid enim in ventriculis quocun-

Febrium cauſa

que in loco diuerſos mores à puro, & concocto habens propter motum, & agitationis moleſtiam, illud in morbis difflari, expirare, vel ſubſidere nequit. Exemplum ſit muſcinus in oculo: proh qua violentia non agitatur, atque contrahitur? *Ita vt humiditas immatura acris, & rodens copiosè è carnibus fluat*, quem humorem (ait Magiſter) bilem flauam appellare ſolemus, quænam tunc anxietates, æſtus, & impotentiæ detinent? ſic quoque ſynouiæ inſitus prudens Spagyrus, operator, ſeu ventriculus, quam primum à peregrina dicta acida aura percellitur, ſicut oculus à muſcula, è veſtigio contrahuntur pori, digeſtio turbatur in circumuicinis locis, & ventriculis, ipſumque alimentum aliàs viuidum peruertitur in humidæ, crudæ, acris, mordaciſque indolis liquamen: vbi vexauerit *ait Magiſter* humiditas, quæ tunc è carne fluit, oboritur labor, & dolor, qui perſeuerat, donec tandem ceſſante ebullitionis motu: (criſim dicunt) ſuperflua concoquuntur, tranſpirant, & conquieſcunt.

de veteri medicina

Cum verò ſynouia ſemel aciditatem concæperit niſi arte, ſeu ipſa natura citò reducatur, tunc ſtatis

tem-

temporibus reuerberatur in alcali, trahens ſubindè auram peregrinam acido ſaturatam in ſui augmentum, & incrementum, quarè exclamãs excelſi ingenij Raimundus: confortatio, *inquit*, vnius, ſine alterius debilitatione fieri nequit, vndè infælix tandem nodorum coagulum. Subiungitque Magiſter: neque ſanè, quæ dicta ſunt, eorum quicquam oculis intuenti conſpicere licet, quapropter etiam OBSCVRA mihi appellata ſunt, non tamen quod obſcura permaneant, & nos vincant, ſed quantum poſſibile eſt, cognoſcuntur, & ſuperantur Spagyrico ſaltem artificio, alioque nullo: cum multo enim labore, & non modico tempore præ oculis videntur, & cognoſcuntur: Quare poſtquam cognouiſſet Hippocrates naturæ inſtrumenta, tam in macro, quam microcoſmo omnia ſimilia eſſe in hæc verba erupit. Morborum omnium, *inquit*, vnus, & idem modus eſt, locus verò ipſe eorum differentiam facit, quia acidum ab acido ſecundum loca differt, niſi enim differret ſemper idem generaretur, quarè videntur quidem morbi inter ſe nihil ſimile habere, propter diuerſitatem ſcilicet loco-

de arte.

de flatibus

rum, cum ſit tamen vna morborum omnium, & ſpecies, & cauſa quoque eadem: à coniunctione nimirum amborum ſaporum acidi, & alcali, vel bonum, vel malum producitur.

Ex dictis, & oſtenſis liquet, quod in quocunque loco, muſculo, carne, ſucco, vngue, imò & in minimo pilo, *ſimilia*, *& diſſimilia* concurrant, quæ niſi Spagyrico, vel naturali labore rarefaciendi ſcil. & condenſandi operatione, vel ſecernantur, vel concordi vnione copulentur, moleſtiam adferre, neceſſe eſt. Quicquid autem hominî moleſtiam adfert, morbus eſt.

de flatibus

Poſitis vetuſtiſſimis his fundamentis, Hippocraticam vetuſtiſſimam methodum, qua recens podagra in iuuene ſanari poſſit, nunc breuibus ſubiungemus.

Antiquiſſima Hippocratica Methodus medendi, contraria methodo corruptionis. Cap. 9.

POdagræ adoleſcentis perfecta ſanatio in cauſarum ablatione conſiſtit, quarum ſi quis veram cognitionem habuerit, *inquit Hippocrates*, is vtique ex his, quæ in cor-

de flatibus

corpore inſunt, acquiſita per contraria Podagræ cognitione facilè poterit, quæ conferunt, offerre. Sed cum de cauſis podagræ, vt in principio quoque dictum eſt, ſcriptores inter ſe variè nutantes diſcrepent, eaſque proponendo diſſentiant, ſequitur vt auxilia quoque ambigua, infida, atque dubia neceſſariò hactenus maneant. Vndè Hippoc. *Maximè difficiles, & obſcuriſſimos morbos* (inter quos podagra morborum Princeps eſt) *opinio magis quam ars iudicat*. Patet hoc paſſim è conſilijs medicis etiam pro principibus viris, ipſorumque ſcriptorum benefactoribus exaratis: quilibet enim ſibi hoſtem abſque certitudine, ac fundamento fingit, eumque impugnandum, expugnandumque ſuſcipit, vnuſquiſque, *inquit Magiſter*, ſuam orationem teſtimonijs, & indicijs confirmat, quæ nullius ſunt momenti. Res tamen plerumque redit, vt curationem ad caput, vt membrum mandans, & ad articulos, vt membrum recipiens, ſcopum dirigunt: non animaduertentes magnum Hippocr. de Natura humana dicentem: *Cum humor aliquis ſeceſſerit, & per ſe conſtiterit, neceſſe eſt non ſo-*

Præcipuum in medendo eſſe, morbum cognoſcere docet Galenus.

At non minoris eſt ponderis arma quibus quiſquam eſt dimicaturus ad nutum conducere.

de flatibus

lum locum, ex qua exceſſit morbo tentari: ſed eum etiam, in quem nimia copia influxerit dolore, & calore vexari.

Nos fundamentis ab Hippocrate traditis, & ſupra expoſitis inſiſtentes curandi Methodum breuiter proponemus, quibus medicinam eſſe, docemur, adiectionem, & ſubtractionem, adiectionem ſcilicet deficientium per ſimilia, ſubtractionem verò ſuperantium per contraria. Hanc definitionem valdè prædicat Galenus lib. 11. cap. 12. M.M. Extracta enim eſt ex celeberrimo axiomate ſimilia ſimilibus ſeruantur: contraria verò contrarijs curantur. Hæc medendi fundamenta ex ipſius Naturæ ſcrinio deducta, locum habent in omnium rerum naturalium mundificatione, purgatione, & exaltatione: De his Hippoc. autoritate ex dietæ libro exempla deſumam primò ex minerali regno, deindè vegetabili, & poſtremò animali Homine ſcil., vt omnium compendio. Labores enim, & morbos ſuos, *inquit Philoſophus*, omnia vniuerſa corpora patiuntur, licet diuerſimodè pro naturæ diſcrepantia & perfectionis differentia, [illegible], & conſtan-

exempla ex 3. regnis deſumpta.

ſtantiam ratione totius accidentia non immutant.

Aurum omnium metallorum prætioſiſſimum,& perfectiſſimum conſtare ex mercurio(alcali)puriſſimo, & perfectiſſimo excocto, & maturato, ſulphureque acetoſo, flauo,non rubro(vt quidam ſomniant) præſtantiſſimo, & maximè fixo, his inquam duobus inter ſe exactiſſimè miſtis, indiſſolubilique vinculo vnitis. Hinc ponderoſiſſimum eſſe:in igne perſeuerare:malleo maximè dilatari: & in his proprietatibus conſiſtere Auri temperamentum, ſanitatem, & perfectionem hic, & alibi patefecimus. *Exemplũ primum ſit aurum purum*

Corrumpitur autem facilimè eius nobile temperamentum, non à materia(dico)viſibili,ſed ab inuiſibili aura. Cum enim, vel ſemel tantum intepuerit ad ignem, qui recens quomodo-libet liqueſecerit antimonium; ſtatim aurum odorem antimonij perſentiens longè recedit à ſtatu ſuo naturali, fitque frangibile; ideòque morboſum in illo ſtatu dici poteſt, quia ſub malleo extendi plane non patitur. Idem contingit, ſi incanduerit ab igne, in quo plumbum fuerit paulo ante liquefactum, vel ſi etiam *Aurum morboſum*

ignitum deponatur in loco, vbi plumbum nuper conſtiterit. Patet indè immortale calidum auri ſuo modo, & ſenſu, & intelligentia pollere, & non vita planè vacuum mortuum eſſe, vt de canorum turba vociferat: Si enim per inuiſibilem, & noſtris ſen ſibus imperceptibilem auram antimonij ſulphuris, temperamentum, & ſanitatem amittit, non tamen à ſulphure communi, intelligentiam vt habeat neceſſe eſt; ſulphur enim à ſulphure diſtinguit hăcq; cognitionem ita exactam ſapit, vt vix peritiſſimo artifici concederetur niſi antimonii ſulphur tantillum in viriditatem vergeret. Quod autem ſulphur à ſulphure diſtinguatur, docet hæc mechanica: Auro, & Argento in vnicam maſſam, per fuſionis ignem liquefactis ſulphur commune inijcito, videbis, huius aciditate argentum in ſcoriam comburi, aurum verò puriſſimũ ſine labe relinqui: vbi à contrario ſenſu ſulphur antimonii illud frangibile reddit, vt dixi: imò aurum auſcultare matri, licèt aliis rebus ſit commixtum, teſtatur Bernhardus quarta parte ſui libelli: *Ipſa, inquit*, trahit Regem, non Rex ipſam, intelligentiam ergò vt habeat ne-

Aurum habet ſenſum

neceſſe eſt.

Aurum ergò cum amiſerit ſuam ductibilitatem per acidum ſulphureum mineralem inuiſibilem, noſtriſque ſenſibus inperceptibilem odorem, indicat ſe iuxta tritam, vſitatamque Methodum, affici intemperie calida, iamque morbum adeſſe, quem eſſe tollendum indicatio generaliſſima eſt. Secundo eſſe morbum intemperiei, à qua ſumitur indicatio, eſſe alterandū. Tertiò cum hæc ſit intemperies calida, expetit refrigerium, & ſiccitas, quæ ordinario calorem conſequitur, additur à quibuſdam eſſe humectanda &c. hicque pedem ſiſtit vſitata methodus, neque ad infimas ſpecies vltra progreditur. Nihilominus qui huiuſmodi vacua, inaniaque verba dummodo ad vnguem recitare ſine vlla rerum cognitione didicerint, Methodici, ſeu (vt noſtro ſæculo) Canonici à mulierculis, & ignara plebecula audire volunt, iſthæc autem cantilena eſt omnibus medicinæ ſectis communis, vnàque plebi notiſſima; quam Galenus in iuuentute mira artis ſolertia, ac venuſto ordine digeſſit, ampliauit, ac ità eam amplexus eſt, vt parùm abfuerit, quin ipſius ergò, *Galenus iuuenis*

animam quoque, & Hippocraticum diuinum nil aliud, quam ſimplicem qualitatem eſſe diceret, vt libro primo de Elementis c.7.& lib.3. de temperam.c.1.& 4. videre eſt.

Hac inquam facilitate allectus acriter quandòque contra experientiam pugnat, illamque tanquã periculoſum analogyſmum, & ignorantiæ aſylum demolitur, vt ſoli rationi in nuda qualitate fundatæ niti videatur.

Hinc maxima ex parte factum eſt, vt plerique medici præter primas, & ſimplices qualitates, tam in morbis, quam in medicamentis nihil vltra quærendum opinarentur, ſed cuncta ab his pendere, ideòque ſe pariter abundè ſatisfeciſſe officio, & rem quaſi per compendium tractaſſe, ſi ſolùm temperamentis primarum qualitatum cognoſcendis, & reliquis omnibus ad eas reducendis propriam operam nauauerint.

Verum quidem eſt, aurum prædictum ab igne incaleſcere, & ab aqua frigida frigefieri, non tamen intrinſecus humectari, vt ſub malleo ductile fiat, eò quod eius morboſa ſiccitas, atque fragilitas non à ſimplici qualitate; ſed ab altiori

hic aqua karet

prin-

principio petenda eſt: ab anima nimirum ſeu (vt Peripatetici volunt) à forma ſubſtantiali antimonij, quam manifeſtè acidam, ac proindè calidam alibi oſtendi, & hæc illa eſt, quæ auri calidum immortale penetrando fragilitatem induxit: ab auro verò iterum ſubtrahi nullo alio modo poſſibile eſt niſi per ipſi contrarium alcali, quod vacuitatis non inimicitiæ ratione magnetico more animam trahit, ſorbet, abſumitque, quæ abſorpta externo perſeuerante igne adhibito vnà cum alcali in fumum abit.

Huic ſapientis Naturæ ordini inſiſtit Magnus Hippocrates in morborum curatione. *Neque opinor*, inquit, *ipſis eſt inueſtigatum, quidnam per ſe ſit calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum. Et ſi imperatur vt calidum, vel frigidum ægro offeratur, mox quærendum eſt, qualenam calidum, vel frigidum, an frigidum acidum an inſipidum: calidum amarum, vel calidum dulce, vel calidum inſipidum.* *de veteri medicina.*

Ad hanc altiſonam veritatis tubam animi aures conuertens Galenus iam ſenior factus, ſe fruſtra artem tenere ratus eſt, ſi in qualita- *Galenus ſenior*

tati-

ratibus primis ſolummodo perſiſtere vellet. Nam cum ignis & aquæ facultates ab Hippocrate Pytagoreorum more obſcuriſſimè traditas, admirandaſque naturæ poteſtates ad dictas craſes reduci impoſſibile cognouiſſet, ad experientiam tandem confugiendum eſſe meliore iudicio eſt arbitratus, tertiò Meth. med. cap. 2. Hancque ità neceſſariam medico eſſe, vt eam alteri hominis cruri compararet, imò adeò abhorruit dubiam de qualitate doctrinam, vt eos, qui ſolum ad primas qualitates, tam in morbis, quam remedijs reſpiciunt, ſimiles eſſe dicat præconibus, qui notas fugitiui ſerui ab alijs enarratas tanquam cantilenam proferunt quidem, & publicant, ſeruum autem illum fugitiuum, & ſi propè aſſiſtat, non agnoſcunt; indicare volens rerum virtutem non in viſibilibus, & ſenſu notis qualitatibus, ſed in vmbra latente Hippocratico diuino ſeu (vt ipſe loquitur) *in rei diſpoſitione* ac ſi dixiſſet in re ſibi ignota conſiſtere.

6. de ſim. med. fat.

Quapropter qui eius ſectatores ſe eſſe gloriantur, magna iniuria afficiunt virum ſapientem, ignorantiæ taxando docentes, nihil vel in morbis, vel in remedijs ipſum

ſum quæſiuiſſe præter primas, & nudas qualitates. Nam de febrium differentia cap. 27 de febrib. intermittentibus cum ſcribat: Harum circuitus repetere minimè deſinit, quò ad diſpoſitio in parte generante ſeruetur. Et paulo poſt præcipuum ſanationis ſcopum eſſe DISPOSITIONIS huius (ideſt ignotæ rei) correctionem: ſatis clarè ex his verbis conſtat, eò loci non ſolùm intendere, refrigerare calorem, ſed quid multò altius, quam libris Methodi, & primo artis ad Glauconem pro febrium curatione inſtituerit, adeòque ſeniorem factum Hippocr. diuinum agnouiſſe veriſimile eſt, addo, quod librum ſcripſerit de agentibus à totius ſubſtantiæ proprietate, quorum facultates experientia edoctus confeſſus eſt, qui liber iniuria temporum ad manus noſtras non peruenit: ideòque debent, qui falſo titulo ſe Galenicos gloriantur, tempora diſtinguere, deindè ſcripturas concordare, ac ità Nobiliſſima Medicina ad vetulas, & hiſtriones minimè declinaret, neque Comicis in facetias, mundoque in prouerbium proſtitueretur.

Sed redeamus vndè digreſſi ſumus. Itàque aurum amiſſa ſua di-

ſti-

ctibilitate, & temperatura ab ingreſſu peregrini mineralis, incorporeique odoris, qui cum ſulphureus deprehendatur, acidum quoque, & calidum eſſe neceſſe eſt: Indicat, inquam; aurum huius acidi, & calidi ſuperantis, & naturæ ſuæ odioſi ablationem per contraria: non tamen indicat, neque indicare poteſt auxilium, ſeu medium quo. id namque noſce, vulgatam medendi Methodum longè ſuperat, atque antecellit, pertinetque ad intimam rerum, ſeu remediorum cognitionem; ſaporumque poteſtatem, quorum remediorum numerus ſicut multiplex eſt, ità eorum notitiam naturæque proprietatem mens auxiliatoris callere debet, priuſquam auro morboſam fragilitatem adimendam ſuſcipiat.

totius ſpagyricæ artis fundamentum

Aurum ergò factum calidius, quam eius natura patitur, ideòq; & inualidum, atque fragile ab odore ſcil. antimonij, ſiue acidi cuiuſdam mineralis, indicat prorſus iſtud ſuperans, & acidum, & (ſicut acida cuncta) calidum, non ſolum per ſimplicem frigidam qualitatem, ſed Hippocr. ſuaſu per frigidum dulce, inane, & vacuum metallicum alcali ſibi eſſe ſubtrahendum; iſtud verò alcali Metallicum, morbo-

aurum inualidũ ab acido

boque familiare, acida cuncta non quidem per ſimplicem qualitatem contrariam, ſed per magneticam vim combibens, atque abſorbens, in ſpecie plumbum eſt: vt Clauis cap. 6. non in reprehenſionem, ſed in commiſerationem de canis ſignificauit: Plumbum enim cum auro colliqueſcens, tandem follium igne vnà cum acido, quod ab auro ſorpſit, in fumum vertitur: tuncque aurum optimè à calido, ſeu acido vapore morboſo refrigeratum, purgatum, atque reſanatum in pura forma ſeſe manifeſtat. Cur autem vegetabilium alcali aurum non repurget, alibi dictum eſt.

A contrario autem ſenſu aurum inualidum factum ab odore metallici alicuius alcali dulcis inſipidi, ac frigidi ex.gr. plumbi indicat alcali ſibi ſuperantis ablationem per ea, quæ vulgò videntur qualitate ſimplici contraria: hoc enim noſce res magni non eſt momenti, ſed quibus rationibus, & modis, & medijs id efficias, id verè per omnia ſcire artificium eſt: non tamen indicat auxilium quo, quod tamen aurum Curantis mens probè callere debet: ſubtrahitur ſuperans alcali non per ſimplicem, & qua-

aurum inualidũ ab alcali

lita-

litatiuam calefactionem, ſed per contraria dicto alcali acida calida: huiuſmodi verò multiplicia ſunt, quibus artifex, priuſquam ad opus ſe accingat, luculenter inſtructus ſit, neceſſe eſt: *Hippocr. ſic docente*: priuſquam ad ægrum ingrediaris, fac cognitum habeas, quid agendum ſit. Commiſcent igitur aurum iſtud infirmum cum ſale cibario, quæ duo ſimul iuncta horas ſufficientes, debitoque in igne, vt praxis docet, detinent, tunc temporis acidum ſal magnetico more, & deſiderio trahit, & ſorbet ab auro ſpirituale alcali hoſtile, peregrinum, & frigidum: taliqùe labore, huiuſque medij ope expurgatur, calefit, mundificaturque aurum, vt poſteà per fuſionem purum, & ſanum niteat, abſque vlla ſui ponderis diminutione; adeòque quicquid auri vitam læſerit, non corporalem materiam, ſed ſpiritualem auram fuiſſe conſtat. Sal verò, ne in valido igne colliqueſcat, cum duplo alias triplo contuſorum laterum commiſcent, quæ deindè mixtura apud auri curatores, ſeu medicos, cementum Regale dicitur: Hic acidus calidùſque puluis (vt dixi) purgat, mundificatque aurum ab omni abundante extraneo fri-

de decenti ornatu

frigido alcali, ideòque aurum per contrarium ſibi inualidum factū, naturali quoque methodo per contrarium reſtituitur: Si enim remedium non aduerſaretur morboſo vapori, ſed ſimilitudine conueniret, idem intenderet quod morboſus vapor, aurique fragibilitatem augeret; & non expelleret. Rectè hinc Galenus *ſimile à ſimili pati non poteſt*.

Cibarium autem ſal, licet ſalſum ſit, in illo tamen aciditas prævalet, vt Hippoc. Chimicus ſuo loco oſtendit.

Quare autem ſalis mixturam cum lateritio puluere cementum Regale nuncupent, id inquirendi locus iſte non eſt: Satis nunc eſto, artificibus in ſua arte ad lubitum loquentibus ità appellare placuiſſe ad diſtinctionem forſan aliarum mixturarum auro vt Regi metallorum non conferentium; non ſecus quam Galeno placuerit, mixturam quorundam ſimplicium vocare ſpecies Letitiæ.

Ne autem quis offendatur, quod medici nomine aurum Curantem donem, ſciat, idem ab antiquis factum fuiſſe: Agricultura enim, pecudumque cura medicinæ nomine donabantur.

Præ-

Præſeruatur autem aurum à ſimili morbo, ſi calef-ctum in poſterum in impuris locis non locetur.

Exemplũ 2. ex vegetabili Regno

Secundum exemplum ex vegetabili regno ſit vinum optimum boni odoris, coloris, gratique ſaporis, neque omninò nouum, neque nimis vetuſtum, ſed mediæ ætatis, omnibuſque numeris abſolutum, perfectumque, quod non minus quam aurum ex acido, & alcali, non quidem metallicis, ſed vegetabilibus conſtare Hippoc. Chim. mechanicè demonſtrat.

Pucinum vinum cardialgiæ remedium, hinc podagricis confert non autem tempore paroxiſmi

Huius vini acidum guſtui ſub dulce, & palato gratum *Nunquam quieſcere* ait Magiſter, ſed ſenſim Naturali labore noſtris ſenſibus inperceptibili progredi: *Natura enim motus*, inquit Philoſophus, *continuus ac indefeſſus eſt, non minus in partibus, quam in toto*, donec tandem alcali ſuperet, ac in acetum, quò tendit immutetur.

Vel vice verſa vinum niſi præſeruetur ſulphuris odore præſertim Rhenanum, eius alcali ſuperat acidum vtpotè nimia aqua dilutum, ac debile (vt ſunt plerumque Patauina atq; Mutinẽſia vina) & tunc facilè vinum in vappam migrat, potui ferè inutilem, nec

vnquam propria ſpontè in aceti naturam vltra procedit, eò quod alcali dominium ſuſcipiens, acidum oppreſſit; in vappam autem vinum mutatum, non eſt amplius redeundo in gratiam, indicatque ſolummodò ſibi deficere acidum neceſſarium, ſeu ſtomachum ſuũ, inſtar Hydropis, abundare alcali aquoſo, ſed non indicat quale acidum, ſeu auxilium, quo ſibi ſuccuratur, quod tamen ſcire artificem ex officio decet. Artifex igitur ſi peritus,ſapienſque eſt, ſimile acidum, & cum deficiente oppreſſo conſentiens, ſolum gradu ſuperius in vappam introducit, ſufficitque ad hoc piper, zingiber, pyrethrum &c. niſi enim remedium vappæ contrarium eſſet: ad idem, ad quod morboſum alcali collimaret, morbumque eo ipſo augeret,nedum expelleret: vt autem motus fermentationis ſuſcitetur, adduntur vuarum albarum petioli. Hoc compoſitum in vaſis, ſeu dolioli fundum ad hoc opus apti ſternitur, eique affunditur vappa: ſeu vinum iſtud planè euanidum, corruptum, fætidumque (rubrum an album ſit,nil refert) quod paucis abindè diebus vnà cum ſpeciebus incaleſcit,motum acquirit,aci-

dum

dum oppreſſum excitatur, reſurgit, creſcit, & ità augetur, vt alcali morboſum iugulet; acetum denique abſtrahitur, relictis ſpeciebus in vaſis fundo ad alios, aut ſimiles vſus; adeòque vinum illud mortuum, corruptum, & fętidum Hippocratica, & Spagyrica Methodo naturalique labore tranſmutatur in optimum vini acetum. Natura enim, *inquit Philoſophus*, nunquam quieſcit, vel ipſa cadauera corruptionis motum patiuntur.

Ex dictis liquet, Naturæ Sapientem ignem dictam vappam licet fætidam, ſenſibuſque noſtris planè mortuam & inutilem ſibi ab interitu conſeruaſſe, rurſuſque omnia, quæ in corpore ſunt, ſecundum ipſius modum exornaſſe *ad vniuerſi imitationem*, vt ait Magiſter. *de diata*

In ipſa autem Criſi, ſeu nouo fermentationis motu, multa excrementa oboriri neceſſe eſt, quæ cum libera ſponte ſegregentur, non ſecus, quàm in morbis, concocta vocari poſſunt.

Horum exempla in arte per quamplurima enarrarem, niſi Magiſter ſatis abundè id ipſe feciſſet; quare ſubiungit, homines ex manifeſtis obſcura in conſidera- *de diata*

tio-

tionem adhibere non nouerunt: ignorant enim, quod artibus vtantur Naturæ humanæ ſimilibus: Diuina namque Mens edocuit ſua opera imitari, cognoſcentes quæ faciunt, & ignorantes, quæ imitantur ſine enim dicto vetuſtiſſimo Spagyrico ornamento Medicina hodie nihil aliud videtur eſſe, quam quod pleræque obſtetrices, & famulæ norunt, atque tractare ſolent.

Qui ergo, *pergit Magiſter*, hæc ſingula, quemadmodum ſe ad hominem habeant, ignorat, is neque, quæ ab alijs proueniunt, cognoſcet, neque ijs rectè vti poterit: Quia ſimili prorſus modo operatur hominis natura, cum qua omnes artes, omniaque artificia communicant, licet ſingulorum modus, quod in confeſſo eſt, aliquantulum aduerſetur. Vnde Scaliger: in Medico, *inquit*, nulla poteſt eſſe perfectio ſine illa Encyclopedia, quæ homini viam munit ad fælicitatem. *de re poeti ca lib. 3. c. 16.*

Hippocraticus ergo quiſquis, *inquit*, ſolertiſſimus Medicus noſce quid ſupra vulgum debebit, ſtatim non Natura modò, verum etiam primis doctrinarum rudimentis multum cæteris nimirum *lib. 3. de nat. fac. c. 10.*

agri-

agriculturæ, auri, vini, & ab Hippocr. doctrina diſſectis, Medicis præſtet, oportet, quia hi omnes vnum ſaltem ventriculum agnoſcunt, eiuſque auxilia quærunt.

Tertium exemplum homo

HOMO autem, *inquit Philoſophus*, animalium, & inferioris mundi Princeps, & vniuerſæ Naturæ compendium, Microcoſmus à veteribus dictus eſt, & vniuerſi imaguncula. Hic ait Hippoc. *plures habet ventriculos*, qui vnà cum anni temporibus mutationes accipiunt, quorum quilibet in ſanitate ſpiritu, in morbis vero ſanie pleni ſunt.

de aere aquis, & locis

de arte

Hi ventriculi vniuerſaliter ægrotare poſſunt, vt in cacochymia, malignis ità dictis, hæcticis &c. tunc enim digeſtio vitiatur, ceſſatque NATVRALIS LABOR vbique; particulariter quoque ventriculos ægrotare docet Galenus: Actionem, *inquit*, in quouis membro vitiari poſſe, & ab affecta parte ſæpè indicationem ſumi ſcribit; imò eam tam neceſſariam eſſe in curatione rectè inſtituenda, vt ſi quis illam omittat, & læſam partem non conſideret, nil obſtat, quin tota medicina non ſex menſium, ſed ſex dierum ſpatio diſcatur, propterea medicamenta, quæ par-

de locis affectis

Quare ſemeſtri ſpatio artem addiſci poſſe dixit Theſſalus?

partibus APPROPRIATA dicuntur, alijs communibus præferenda eſſe, docet. Et lib. 8. de compoſ. medicam. impoſſibile eſſe, *inquit*, inuenire pharmacum ad multas affectiones optimum. 4. *M.M.*

Ventriculorum autem mutationes, non ſolum confirmant podagræ obnoxij, qui ideò vulgo Calendarium habere in pedibus, & arthritici eſſe pluuiarum vates dicuntur, quià aeris inclementiam, & tempeſtates pedibus percipiunt: Sed & id teſtantur illi, qui vel callum in pedum digito gerunt, eò quod ipſa microcoſmi aſtra ſuperioribus, *Hermete teſte*, reſpondeant, influantque iuxta prudentis rectoris diſpoſitionem; licet anni tempora plurimum inter ſe differant, vt ait Hippocrates, ſicut enim macrocoſmi ignem omnia ſcientem inuiſibilem oſtendi ſolummodo ab effectu hactenus perceptibilem, illud idem de microcoſmico igne intelligendum eſſe, iubet Magiſter: Nonnunquam enim per plures dies, imò hebdomadas, præcedit circa præcordia innominata quædam anxietas, & inquietudo, vnà cum febricula, priuſquam animata ignea aciditas ad articulos radietur.

De morbis. Cum autem totum corpus in viuis tranſpirabile ſit, facilimè irradiatur, vel defluit furioſo impetu aciditas peregrina ſpiritualis animata (*vt ait Lucianus*), & inuiſibilis ex molli igne in ventriculo primario ſedente degener facta ad articulorum ventriculos, eorumque alimentum (quod mucum vocat Magiſter, Neoterici ſynouiam) cui præſidet, inficit, quo infecto, in tanti doloris cruciatus excitatur, non ſecus ac ſi quis bullientem Nitri ſpiritum oculis inſpergeret; IGNIS & DOLOR inuadit ait Hipp. *de flatibus* Spiritus enim cum in alijs rebus tùm maximè in animantibus corporibus plurimum poſſe demonſtrauit. *Hipp. lib. de inaequali intemperie c. 6. de ſimpl. m. f. lib. 4. c. 2. Gal.* Hinc Galenus pluribus in locis ſcribit nihil dolorem inferre poſſe niſi idem continuum ſoluere valeat. Quare Helmont morbus quiſque dici poteſt contagioſus, ſi non toti ſaltem parti ſuæ, adeòque licet non contagioſus cuiuis, tamen non deſinit ſui de ſe odorem fermentalem inurere parti, cui inſidet. Hinc ſtatim loci digeſtiò peruertitur, & alimentum illius aliàs viuidum, plerùmque degenerat, vt dum non in ſpermaticum, ſaltem in extraneam igneam rodentem defle-

ctat indolem.

Ingentem hunc ex acido igneũ dolorem, & cruciatũ ſibi refrænari, ac retundi ſaltem exoptant podagrici, & omninò neceſſe eſt, vt eius rationem habeat prudens podagricus, quià, *inquit*, Democritus, corporis habitus vbi dolet, mens ad virtutis exercitationem nullam adhibet diligentiam, præſens enim morbus animum vehementer hebetat, & intelligentiam in affectus cognationem ſecum adducit, inſuper vigilias concitat, vires deijcit, cruorem exprimit, vt paulo poſt experientia oſtendam, malumque auget, ideòque, *ait Galenus*, curam ad ſe dolor meritò trahit. *Dolor miti gandus.* *12. M. M. cap. 1.*

Quarè aduerſus ingentem hunc dolorem penè infinita excogitata ſunt remedia paſſim ab Auctoribus hinc indè palam deſcripta, quæ ſemper, aut nullo, aut paruo cum fructu fuere applicata, quod expertus dico; eò quod cauſam huius indicibilis cruciatus in deſcendentem è capite pituitam, atque catarrhum perpetuò retulere, & denique dolore repetitis euacuationibus nequicquam auſcultante morbus planè incurabilis proclamatus eſt, licet in ſui principio.

Igitur quicquid dictam ſpiritualem, igneam, & animatam aciditatem in molli igne inchoat, augmentat, promouet, maturat, illud idem quoque microcoſmi aerem perturbat, podagræque acceſſum ſtimulat, docente id magiſtro: Acidos cibos, *inquit*, ſi quis citra delectum, ac inconſideratè exhibeat, nihil commodi perficiet.

de medicinis purgantibus

Albertus Gantherus Saxo vir eruditus inter cæteros Medicos Romæ degentes non infimus, cum peſtis tempore Anno 1656. vteretur in potu præſeruationis gratia copiosè nimis acido ſulphuris, arthriticus ex illius copia euaſit. Ab hac autem infirmitate ſe vindicauit animalium alcali vſu: hoc nempè in caſu quodlibet indifferens abſorptiuum alcali ſatisfecit, quia malum non erat ex animato, ſpecifico, degenerato radio, ſed ex immodico acido materiali citra delectum hauſto.

cibus

ab ouis abſtinendũ tempore paroxiſmi

Quæcunque etiam fætidum odorem vrinæ imprimere poſſunt, fugienda ſuadeo, vt ſunt aſparagus, allium, cœpa, mentha, fungi, animalium cerebra, vtpotè quæ putrefactiuum acorem promouent, deindè in eiuſmodi ſaporis flatum aſcendunt, & ità hac de cauſa acce-

cele-

celerant acceſſum; nam quicquid per corruptionem fætet, aceſcat prius oportet, vt in carnium iuſculis manifeſtè apparet, quæ per noctem ſub canicula acidum manè ſpirant, quo putreſcere incipiunt. Hippoc. ſic explicat, cibos ſcil. valentiores ingeſtos, qui à Natura (id eſt à molli igne in ſtomacho primario ſedente) ſuperari non poſſunt, dolores, morbos, & mortem afferre, qui verò à Natura ſuperantur, alimentum, incrementum, & ſanitatem præſtare: de veteri medicina. Et de affectionibus, vt & de lege: Alimenta, *inquit*, quæ quidem ventriculus ſuperat, quæque corpus recipit, ea neque flatum, neque tormina excitant, at ſi ventriculus non ſuperat: ab his, & flatus, & tormina, cæteraque id genus contingunt. Adeòque concludit, ſi homo parum edit, & parum bibit nullum morbũ hoc ipſi inducit, quaſi diceret, licet cibus minus ſalubris ſit, id tamen benefitium præſtat, quod maximè notandum eſt, nonnullos enim noui podagricos, qui nimis ſtrictò viuendi genere in deterius ruere.

de veteri medicina

de morbis

Aphor. 38. ſect. 2.

Poma quoque propter celerem ſui in acidum putrefactiui nimiamque relaxandi potentiam præſer-

tim tempore paroxiſmi comedenda non ſunt. Abſtinendum quoque à Cyprinorum piſcium eſu: fætor enim vrinæ imprimitur.

Vina pariter, quorum ſpirituoſa aciditas, qua in acidum tendunt, alcali ſuperat, præualetque, largiter

potus

hauſta, præſertim quando diſpoſitio (ſic voco etymi defectu) adeſt

Abſtemij podagram non patiuntur.

podagrica, vitanda ſunt. Idem eſto de cereuiſia vetuſtiſſima iudicium: quippè quæ in multis Germaniæ locis ab hinc 20. & vltra annos vinoſa adhuc habetur, & conſeruatur; adeòque loco dictorum potuum bibant podagrici tempore paroxiſmi aquam ſimplicem, cui vt ventriculus minus etiam oneretur, commiſceri poteſt modicum ſacchari, & ſi lubet, in gratiam guſtus addi ſuccum limonum, quem licet acidum, vt & expreſſum ab aurantijs malis, fermentabilem tamen, & ſpiritualem non experimur, ideòque podagricis minus noxium, imò nulli eſt detrimento, vt neque poma granata.

acetum

Sic quoque perfectum acetum, nec curat, nec præſeruat, ſed in paroxiſmi vehementia deiectæ naturæ, & viribus præ dolore exanimatis, animique deliquio optatiſ-

ſimum

ſimum cordiale, & maximum reſtaurans eſſe notaui, neque timendum, vt eiuſmodi acida conſeruatiua putredinem augeant, vel promoueant, imò progreſſum potius arcent. Differunt itaque vinum, & cereuiſia in acetum naturali labore tendentia ab illo, quod iam perfectionem acquiſiuit: illud enim, quod in via eſt, atque tacito opere ad finem laborat, loca illa, quæ fermentabilis acor penetrat, contaminat, vt alibi probaui, hoc verò non, ſed famelica aciditas rurſus exſatiari optat, & ideò reſoluere, abſtergere, extenuare, & confortare acetum dicitur, licet aquæ copiæ permixtum, vulgo poſca dictum.

Spiritus vitrioli

Spiritus vitrioli rectificatus modicè aſſumptus per os, licet confortando refrigeret, & reſoluat, ſitim extinguat, attamen in podagræ paroxiſmo ab eo abſtinendum, præſertim febrim comitem habentis, aggrauat enim in hoc ſtatu accenſum ſtomachi rectorem, à functione nimirum aberrantem: ipſumque ſpiritum non exactè dirigentem, vt neque hic ſpiritus à podagra præſeruat, multò minus curat, licet ſtomachum, qui acida appetit, acuat, appetentiamque exci-

tet, vt teſtatur plurimorum annorum inepta curatio Sereniſſimi Poloniæ Regis Vladislai Quarti à D. Chriſtophero Arciſſeuſchi per Epiſtolam publicata ad Ioannem de Laet, cuius ego quoque ocularis fui teſtis, licet admodum iuuenis.

Sequitur inde, quæcunque putrefactiuam aciditatem primi ventriculi in molli igne inhibent, interimunt, atque abſumunt, eò ipſo impedire putrefactionem, & per conſequens ſanitatem, accerſere, & accelerare, quod probat mechanica, ſi enim coloſtro parum lixiuij immiſcueris nunquam inde fiet butyrum, propter alcali, omne fermentum acidum in macrocoſmo abſumens. Quare, *inquit* Magiſter, ſimile prorſus modo operatur hominis natura, oportet ergo id quod cuique morbo eſt maximè aduerſum, non amicum, aut familiare exhibendo, nam ab eo, quod eſt inimicum, extenuatur, & retunditur.

de morbo ſacro

Huiuſmodi, acidis morboſis aduerſa, Myſtæ, pro maiori lumine, & intelligentia vnico, generalique vocabulo Alcalia appellarunt, voca tu contraria, vel magnetica, vel frigida, vel attractiua, vel abſorptiua, perinde mihi eſt,

mo-

modo in re conuenientes idem inuicem intelligamus: nimirum certo, & determinato morbo certum, & determinatum auxilium applicandum requiri ex Galeno. *lib. 8. de compoſit. medicam.*

Quare claret ex dictis, podagræ remedium non eſſe debere alcali quodlibet, ſed prudens, inſipidum, ſitiens certum, & determinatum acidum, atque nil aliud attrahens, quam inuiſibilem filium Solis microcoſmi inobedientem, deperditum, degeneratum, & moroſum; non ſecus, quam in macrocoſmo magnetis inſitum alcali inuiſibile, nil aliud, quam ferri inſitum, & inuiſibilem ignem trahit, & amplectitur, non quidem primarum qualitatum virtute, ſed quia prudens anima ambobus ineſt, quà reciprocè ſeſe cognoſcunt, niſi enim prudentia illis ineſſet, alterum ad alterum non inclinaret: ratio verò, cur ferri rubiginem, ſiue martis crocum magnes negligat, eſt, quià ferrum in illo ſtatu anima amiſſa vacat, quare ab Horatio ſterilis vocatur rubigo, nec magnes aliud quidquam allicit, vel attrahit, licet ferro ſit multò pretioſiùs, atque nobilius.

Hanc actionem ab occulta, & abſtruſa qualitate fieri clamitat

vulgus, quòd Hippoc. diuinum in rebus abſconſum, & latens non comprehendunt. Aurum ſimiliter trahitur à ſuo magnete,ab alioque nullo, quia amborum particularis prudentia non ſe extendit ad alia macrocoſmica cognoſcenda.

Fernelius antiquiſſimæ medicinæ viam ſubodoratus,nè palam in eam ingredi cogeretur, ob deficientis lucri metum in abdita tutius cautuſque receſſit: ſcribit enim, quot affectus contra naturam ſimplices, totidem exiſtere,& medicamẽtorũ facultates,paremq; eſſe affectuum,atque remediorum numerum, cuius ſententiam Magiſter ſequenti exemplo olim explicuit.

1. M. M. cap 2.

Quibus acuti acres,& æruginoſi humores inſtant, quinam furores, & viſcerum, & thoracis lancinationes, animique abiectiò inde oriantur? neque prius hæc quieſcunt, quam euacuati, deiecti, & aliis permixti fuerint. Hoc autem productum medicinis purgantibus non auſcultare,multoque minus producti fabrum, ſiue fermentum, quilibet medicinæ ingenuus practicus mecum ſine dubio fatebitur, hinc natum eſt illud tritum inter medicos. Ab Hypochon-

de veteri medicina.

chondriacis non ſoluentibus, libera nos Domine : quotieſcunque enim,etiam dato, quod productũ æruginoſum excrementum, euacuatione foras pellatur, illicò nouum fabro relicto regenerante ſuccenturiatur, eò quod latens hæc aciditas vnius ſpeciei non eſt, ſed multiplicis : quot enim in Hypochondriis ibidem membranæ, muſculique, totidem etiam digeſtionum officinas ibidem eſſe neceſſe eſt, cum omnis muſculus proprium ventriculum habeat, ſi enim ventriculorum diuerſitas non eſſet, idem ſemper generaretur,neque vlla eſſet diſtinctio, aut diuerſitas: Hinc itàque multiplicis huius acidi labefactati varietas, ac inter ſeſe confuſio cauſant ſanando,& ſananti difficultatem, maximè quia hæ aciditates ſpirituales ſunt,ideòque ait Senex, *oculorum conſpectum effugiunt, ita vt ſolum ab effectu, & mentis oculo cognoſci poſſint*. Cæterum ſi ægro propinetur inſipidum, ſitiens, APPROPRIATVM tamen alcali, quod producta ſolum auidè bibat, vt ſunt cancrorum lapilli, ſtatim enim horum puluis magnetis inſtar attrahit iſtud acre,& æruginoſum, illoque ſaturatur cum illo

Hypochondriacum acidũ quid?

lapillos cãcrorum in animi paſſione ab illata iniuria,rariſsimum remedium eſſe deprehendi

commiſcetur, aut in illo combibitur (dic vt lubet) poſt horam verò à puluere cancrorum exhibito, fuit quandòque ſimplex, atque lene vomitorium oblatum, indèque obſeruatum eſt, ab hac euacuatione, ſeu deiectione ægrum aliquandò plane, vel ad tempus ſaltem liberari: Hinc igitur patet dictum lapillum vitale ſtomachi fermentum, licet acidum ſit, non attrahere, ſed ſolum noxium ſaporem, ſeu acidum præternaturale, adulterinum, & determinatum, neque vice verſa acidum vitale ad lapillum feſtinare, *eò quod ſeſe invicem cognoſcunt*; indè verò abſorbta aciditate peregrina, & æruginoſa alacrior redit appetitus: hacque methodo Hippocratis præcepto ſatisfit.

Eidem aciditatis fundamento innixi chirurgi vulneratis prohibent vinum, perperam aſſignantes in cauſam, quòd calefaciat, ideòq; ſanationem impediat, ſed vera cauſa eſt, ſpirituali vini aciditate vulnus aceſcere, & ad putrefactionem promoueri, ità vt in ipſo vulnere quandòque vermes exorti fuerint; Si verò ad mediam drachmam lapillorum cancrorum puluerem, aut eoſdem ſolutos in aceto

exercitatus quidā miles cum quis ex ſuis in prælio vulneraretur, ſtatim porrigebat fruſtū nucis muſcatæ, ad deuorandum, & vulnus nunquam cōputruit, ſed citius ſanabatur: quia balſami vices æmulatur Muſcata

ceto ſuccoue limonum, quotidiè bis ad cochleare vulneratis propinaueris: etiamſi moderatè tunc vinũm biberint, vulnus nihilominus citò, tutò, & iucundè etiam abſque febre cicatrizabitur: non quod hi lapilli, vel in puluere, vel ſoluti, materialiter ad pedis vulnus ab ore remotum properent, ſed quia cohibeant acidum puris fabrum in ipſa pedis extremitate accenſum, vel accendi paratum.

potio vulneraria ad locum affectum nõ properat.

Nobili Heroi Georgio Frederico à Spaar iam ſunt plures euoluti anni, ex quo plũmbea ſphærula bombardica pulmonem traiecerit, vt hauſtus aer ante, & retro per vulnus eruperit, vnà cum indicibili ſanguinis effuſione; continuò tamen vſu horum lapillorum perfectè ſanatus euaſit, hodièque optima fruitur ſalute. Quidam ex hac felici cura vniuerſalem concluſionem ſibi ſtabiliuere ſic arguendo: Si ità fæliciter pũlmonis vulnus ad cicatricem perduxit vulnerarius hic potus, quare, & non eiuſdem pulmonis vlcus in tabido? Verum ad hoc non ſolum hanc, ſed & innumèras alias potiones ſine fructu centies fruſtrà multi tentarunt, eò quod pulmonis ventriculus, ſeu incola in phthi-

pulmonis vlcus quãdo ſanabile?

phthiſicis corruptus in ſui interitum nunquam feriando laborat. Vndè pulmonis vulnera (ait intellectualis medicus) quæ ab externa cauſa, & vitio digeſtiuo procedunt, prædictis potionibus perfectè ſanari poſſunt, non verò vlcera quandò promanant à corruptione roboris, ſeu humidi radicalis innati.

Porrò puluis iſte in macrocoſmo acida, quibus iungitur auidiſſimè cuncta combibit, attrahitque: in microcoſmo verò per os aſſumptus mergitur in abyſſum acidi vitalis in ſtomacho ſedentis, quod neque in minimo, vel tangit, vel attrahit, vel coagulat, ſed ſolummodò acidum illum inuiſibilem radium, qui vulnus offendit, hunc ſeparat, attrahit, ſuumque intra ventrem abſcondit: Manifeſto argumento, quod in ſtomacho ſedeat argutus Iudex, & Spagyrus *cuncta ſciens*, qui non ſolum hunc puluerem, ſed & omnium rerum inuiſibilem virtutem diſtinctè cognoſcit, æſtimat, metiturque, non ſecus, quam pecora in alpibus intuitiua quaſi ſcientia napellum cognoſcunt: gramina enim vicina non depaſcunt, multoque minus ipſum napellum, aliàs non ingrati

Iudex in ſtomacho

ſapo-

ſaporis, muſcis ex illo victitantibus. Et quamuis horum lapillorum puluis pluribus alijs pulueribus commiſtus propinaretur, hunc tamen ſolum diſcernit, ac amplectitur in hoc caſu, negligens, ſeparanſque tanquam ad eiuſmodi intentionem inutile pondus *quid quid alios mores habet*.

Artis Medica fundamentũ

Hoc ex fundamento facilè fuit Magiſtro Hippocrati viperinum puluerem, qui eius antipeſtilentiale pro certo habetur, inter patriæ aromata ità commiſcere, ac abſcondere, vt & hodie à pluribus, quid fuerit, ignoretur; Spagyrus tamen peritiſſimus in ſtomacho ſedens ſeparat prudenter, quod ſibi vtile nouit, reliqua, vt quiſquilia, negligens. Hinc traxit Theriaca originem, quæ licet à Plinio compoſitio luxuriæ nullo pondere proportionato dicatur, cum tot remedia dederit Natura, quæ ſingula voto ſufficiant: attamen numeroſa illa ſimplicia, ſi chimico artificio ſeu naturali labore, vel coctione, vt ait Galenus de Theriaca ad Piſonem cap. 14. in vnam maſſam prudenter confermententur, eorum virtutem in decuplo augmentari, experientia docet.

viperinus puluis alexipharmacum.

lib. 29. c.

Exindè verò promanarunt infinita

nita àbſurda receptula, ridiculæque compoſitiones, vbi ſimplex vnum plerumque omninò indicationi ſatisfacit: quod probant vetularum ſubindè experimenta, quæ communiter ex vno, vel altero ſimplici conſtant, vt aliquando conſumatiſſimis medicis calumniæ ignominiæque ſint. Quarè ſummus Hippocrates eiuſmodi probata remedia à plebeis curiosè ſciſcitabatur præceptionum libelli principio: Sic enim cenſeo, *inquit*, artem vniuerſam commonſtratam fuiſſe, quod ſingula ex fine obſeruata, & ad eadem aggregata fuerint, Hermetis exemplo, qui in tam longa ætate non deſtitit experiri: Vt & Galenus piſcatores, & infimæ ſortis homines plebeos, & imperitos aliquando conſuluit. Homines namque eiuſmodi remedia non ex conſilio, ſed potiùs ex fortuna inuenerunt, neque artifices magis, quam plebei: Et ſanè difficile eſt, curandi viam ratiocinatione vt tali aſſequi, de morbis vulgaribus lib. 4. ſect. 7. text. 49. Et ideo ars medica, vt citò addiſcatur, fieri nequit; propterea quod in ea firma aliqua doctrina tradi non poteſt; quod probat omnium morborum viliſſimus pernio, inflamma-

de ſimpl. med. facul.

lib. de affect.

Rationales medici qui?

mationis genus, quod tempore Hyberno in calcaneis, digitiſque pedum, ac manuum oritur: omniquidem periculo vacat: moleſtiſſimum tamen, doloriferum, atque pruriginoſum valde eſt; nihilominus nullum video, aut vidiſſe contingit medicinæ profeſſorem; qui hunc inflammatum tumorem in eſſentia cognoſcere, ac vero, certo & determinato remedio tollere ſemper potuerit: aliquandò enim ſanatur furfure accenſo; nonnunquam rapis ſub cinere coctis, vt docet Plinius: quandoque rafano crudo contuſo: ſubindè mucilagine ſem: Cydoniorum: ſpirituque Terebinthinæ. Sp. inquam non oleo, quem optimum, atque balſamicum in hoc caſu deprehendi. In Hollandia fotu bubuli ſanguinis calentis: plerùmque cauſticis acidis, vt ſpiritu vitrioli, & ſulphuris oleoſi quidam eliciunt ſang. per hyrudines: aliàs alijs, vſque adeò idem morbus manifeſtè inter ſe differat: imò inquam, mox eſſe calefaciendum: mox refrigerandum: rurſuſque tranſeundum ad contraria. Pariter quoque alvuum ſubducentia non ſemper operantur idem teſtatur Hippoc. Pharmaca enim non ſemper eodem modo ſe

pernio

apertum vlcus pernionis Typha aquatica inſperſa mirabiliter ſanat.

de locis in homine

ſe habent, neque præſtant eundem perpetuò effectum: Sed nunc, & paulo poſt non idem faciunt, imò ſibi contraria faciunt. De morbis vulgaribus lib.4: ſect.7.

Hac ratione olim medicina à Diuino Numine accepta, atque donum Dei appellata fuit: ità vt veteres omnes vix crederent, humanis ingenijs potuiſſe inueniri, eò quod fundamentum eiuſdem ità abſtruſum, reconditum crypticum, ac admirabile cenſeretur, vt naturæ viribus citra multiplicem experientiam nequicquam veſtigabile eſſet; idcircò & hodiè reperiuntur plurimi clariſſimi, ac celeberrimi Medici, qui longo vſu, ſtudio, meditatione, labore ſub magiſtra experientia plurima appropriata ſimplicia morborum remedia, inter quæ multa planè inſipida, ſummi Hippocratis exemplo ſub farragine aliarum rerum ingratæ multitudini noſtro ſeculo cateruatim iniuſtè in ſe frementium, abſcondunt: Diuinum enim in appropriato planè inuiſibile, aut ad minus paruæ molis, quod Myſtæ computarunt 1800. partem ſui corporis eſſe (in Claui Typogra. errore 8800.) quod nullibi clarius, quam in antimonij vitro, vel leui-

ter

ter calcinato immaturo ſulphureo accidoque occulto,& planè inſipido manifeſtatur,cuius emetica vis, à multiplici infuſione, neque exhauritur,neque quicquam ponderis eius corpus amittit; vnde ſatis lucidè apparet, vim illam cathar-cticam, ac emeticam incorpoream eſſe. Quin imò idem vitri puluis ſæpius anteà infuſus, ſegniorque factus, exſiccatus, & denuò in vitrum fuſus priſtinas in infuſione vires recuperat,atque hoc pacto id infinities ſatis eſt.

Antimonium calcinatum

Idem de Antimonii regulo intelligendum eſt, ex quo, & pauxillo addito ſtanno pocula fiunt, in quibus per noctem vinum detentum ſequenti mane bibunt; vndè ingentes ciuntur vomitus, quibus ignari ſibi perſuadent,iſtud liquamen putidum in ſtomacho latitaſſe,& poculum, quo illac exturbaretur, expectaſſe: nihilominus tamen aliquandò in nonnullis affectibus, & in robuſtis corporibus præſertim in morbi principio mira præſtitit, vt & eiuſdem flores, vel mercurius vitæ ſic dictus. Non hæc adduco, quaſi approbare vellem eiuſmodi euacuationes, quibus vita vireſque quandoque exhauriuntur: torrentis

Methodus corruptionis

enim

enim ad inſtar rapiunt, quæ in itincre fluida offendunt, reliqua ſinunt: ſed vt ad inſtituti ſcopum peruenirem, innuere volui.

Antimonij tinctura

Cautius procedunt, qui antimonium cum proprio ſecreto ſpiritu ſublimatum, & in clauſo reuerberio in rubrum alcali ſpongioſum fixatum in vino ebulliũt, aut cum vini ſpiritu extrahunt vt Paracelſus docet (hic non indico minerale bezaar, hoc enim acidis iunctum reacquirit immaturi antimonij vires, & plerumque cum nauſea vomitum excitat) varijſque in morbis propinant maximo cum fructu, ſine nauſea, ſine ſapore mouet vrinas, diapherefin, atque in principi is aluum blandè mol. lit, nam ſingulari manſuetudine reſoluit, & non exile præſtat auxilium naturalem calorem roborando, qui exindè acquirit poteſtatem cœteris partibus ſuccurrendi, eas viuo calore reinduendo, ipſarumque virtutem renouat ſubtiliando, ac reſoluendo, tranſpirationem facilitando, & per pores noxia abigendo: iſtud antimonium, *inquit*, Paracelſus in magna chirurgia, eſt purgans medicamentum, quod (ſine ventris tamen laxatione, aut aſſellatione vt vocant)

cant) purgat, & mundificat corpus humanum, ſupra omnia arcana: quia radicitus ac funditus remouet ex eo, quicquid tolli debet educique, efficitque illud prorſus purum, ac ad altiſſimum ſanitatis gradum reducit, eijciens ex eo omnes prorſus materias, quæ diuerſas infirmitates, tam internas, quam externas generare poſſent. Hanc antiquiſſimam medendi ſcientiam inculcat Galenus lib. ſuo 13.methodi.

Præcipua (inquit) intentio Medici eſſe debet ad naturalem ſtatum reducere laborantem,& quod cæteris neglectis vna adhibenda cura eſt, vt illud conſeruemus, à quo agendi facultas procedit.Hæc autem conſiſtit in calido innato, quod dum validum eſt, nec impeditum corpus innoxium conſeruat, ita ut quicquid corpori acceſſerit præter naturam, quod ſit amouendum, ſemper calido naturali valido egere, indubitatum axioma ſit. Et quamuis in externis morbis, & in quibuſdam alijs nihil conferre calor naturalis videatur, vt in amotione carnis ſuperexcreſcentis in vulnere,vel diſtantiæ labiornm vulneris reunione, tamen coniunctio,& carnis genera-

ra-

ratio, & cicatricis inductio, non fiunt niſi ab ipſomet calore innato: Hactenus Galenus.

Cinnabarim Antimonij vel natiuam Epilepſia magnetem vocat Craſo.

Aliĵ laudant electrum minerale Germanicè Rodtgulden ertz

Vertiginoſus fui ante triennium cum aurium ſibilo, grauique tinnitu, ex quo è domo exire timerem, huius cauſam proficiſci ratus ſum ex ſuperfluo pingui-acido arterialis ſpiritus, quare extractum dicti antimonij alcali, & fixi per aliquot dies bibi; promouens primis diebus vnam, atque alteram ſedem extraordinariè citra vllum incommodum: antimonium tamen de pondere omninò nihil perdidit; vndè claro argumento eſt, eius animam diuinum in morbo penetrauiſſe, & placuiſſe, ſi me intellexiſtis.

veterum plumbum Sacrum

Fæminarum fuiſſe olim ſecretum crudi antimonij decocto mederi, notat Poterius, hodie verò illud in ſecreto habet ſectatula noua, frequenterque ſine rei cognitione ſub domina incertitudine vnà cum ſarza, viſco, ſimilibuſque lignis præſcribit, promittens catarrhum exſiccatum iri; credit autem pumicem addi ad antimonij correctionem, alii vt validius exſiccet, ignorantes, niſi antimonium cum pumice comiſto ſpongioſum fiat, ſulphurea eius anima ſiue diui-

uinum aquam,cum qua bullit, irradiare non poſſe.

Hoc decoctum vt vulgo oculos perſtringerent, aquam Spagyricam appellant (credulo enim popello iamdudum perſuaſerunt Antimonii remedia mera venena eſſe) illiſque conclamata ſpe, caſuque deſperato, anchora Sacra, & vltimum refugium: ſi verò fortè prudens aliquis, qui res per ſuas cauſas cognoſcit, antimonium, vel oretenus ſolummodo nominet,non dico ritè præſcribat, ſtatim ignarum vulgus ſtrependo obtrectat, maledicit, infamat ſpagyricam artem: hancque cum Empeirica confundens ſine vocabulorum diſtinctione, cum tamen ſpagyria ſit,& ars Sacra,& naturalis ſcientia, & diuinitus data, & omnibus hominibus familiariſſima, vt teſtantur vini, cereuiſiæ, & panis artificioſæ fermentationes: itemque ſaponis,vitri,aliarumque innumerabilium humano vſui neceſſariarum rerum confectiones, vt in Claui luculentiſſimè demonſtratum eſt. Quorum fundamentum ex ſummo Hippocrate nunquam intellexerunt, vt quotidiana experientia docet:vtūtur, *inquit*, artibus naturę humanę ſimilibus;

Spagyria ars Sacra

diata

bus: diuina namque mens edocuit ſua opera (id ſonat Spagyrica) imitari, cognoſcentes quæ faciunt, & ignorantes quæ imitantur.

Empiricus quis? Empiricus autem dicitur ille, qui ex longa practica certi aliquid perficit, quorum empiricorum ſententiam, & ipſe Galenus in opere ipſo, ſiue pro acquirenda medicinæ praxi ſequitur. Et Celſus in præfatione in hæc verba fatur, qui ſe empiricos ab experientia nominant: adeòque quod venerandę antiquitati, & hodiè viris eruditis virtus fuit, & eſt, ab ignara turba vitium habetur, & vt tale proſcribitur. Iure igitur canit Poeta, *pro vitio virtus crimina ſæpè tulit.*

Spagyria itaque naturalis eſt ſcientia, quæ nil aliud importat, quam cum prudentia SOLVERE, & COAGVLARE; & hæc ſunt bina naturæ inſtrumenta, quę non ſolum requiruntur ad panis, viniquе opificium, ſed etiam ad omnium animalium vitam, ſanitatem, & morbum: alia nempè inſtrumenta natura non habente; quare Hippocr. totam antiquiſſimam MEDENDI METHODVM his duobus inſtrumentis *de Natura hominis* comprehendit; omninò, *inquit*,

Me-

Medicum ſua prudentia obuiam ire conuenit morbis inſtautibus, & naturis, & anni temporibus. *Coagulata ſoluere, & ſoluta coagulare: hac namque ratione, vel maximè quod moleſtiam exhibet, quieuerit*: EAQVE MIHI CVRANDI RATIO VIDETVR. SPAGYRVS itaque prudens, non autem diſtillator quilibet in vrbe, Naturæ eſt miniſter, & Medicus Hippocraticus, qui ſoluit, & coagulat, qui rarefacit, & condenſat, ſicut facit ipſa Natura in omnium rerum procreatione: aquam enim ſimplicem primò rarefacit, poſteà condenſat in herbas, flores, fructus &c. quæ rurſus in animalium ventriculis reſoluuntur, & denuò coagulantur in carnes, oſſa, membranas, imò in ſpiritus reſoluuntur. Ars Naturæ æmula, *inquit Philoſophus*, in ſuis reſolutionibus, & compoſitionibus ſimile experitur: Quare ait Magiſter: huius SACRÆ SCIENTIÆ blaſphematores ſunt potiùs commiſeratione, quàm reprehenſione digni. *de lege*

Reperiuntur quippè quamplurimi iactitantes ſe naturalem philoſophicam ſolutionem, ac coagulationem verſatiſſimè callere; qua ex claſſe quidam vana gloria in-

flatus vbi legeret, ſpiritu ſalis, qui auri folia ſoluerit, per os aſſumpto hominem renouari, Enchyriſin pluries, ſed fruſtra ſemper tentauit: folijs namque perſeueranter, & indiſſolutis, & integris, & fulgidis, ſpiritui innatantibus, ea de cauſa crimine, & mendacij incuſabat Crollium, alioſque naturalis ſcientiæ Doctores: Verum cum à me ſibi indicaretur, niſi ſplendorem prius per ignitionem ab auro deterſerit, ſpiritum in folia nunquam eſſe aditurum: ſimili prorſus modo ait Magiſter hominis natura, ideſt, acidus mollis ignis in ſtomacho, operatur, qui quoque in folia ſplendentia agere nequit, quod hactenus pauci aduerterunt, & ideò folijs, auri ſcobem prætulerunt. Vndè clarè liquet plurima minutiora, quæ nullius, vel parui admodum momenti imperitis videntur, maximi tamen intereſſe perquam diligenter in naturali philoſophia obſeruare: horum enim neglectu vniuerſali vtrobique errorum ſtolones pullulaſcunt, ob id merito Geber exclamat: Habeat Spagyrus profundum ingenium: hæc eſt nimirum illa PRVDENTIA, quam Magiſter expoſcit.

Sed

Sed redeo, quò digreſſus eram ad remedia nimirum à Galeno APPROPRIATA dicta, à ſumma bonitate mortalibus gratis data, quamque plurima ferè inſipida, quorum virtutes, nec odore, nec ſapore, ſed ſola experientia cognoſcuntur: non ſecus, quam purgantia omnia per meram experientiam inuenta ſunt, non per demonſtrationem aliquam, Galeno auctore, vt & tota indè conſequens medicina. *2. acutar. 11. & in lib. de ſimpl. medic. facult.*

Oſtiocolla nuperæ inuentionis lapis, antiquiſſimus tamen, inſipidus, & ab igne calcinabilis, ſeu deſtructibilis non eſt, pulverizatus tamen, paruaque in quantitate ore aſſumptus oſſa fracta celerrimè conglutinat, quià acidum ſpecificum ibidem putrefactiuum ſolutum ſorbendo coagulat: eius tamen puluis ad fractum os non perreptat: eò enim peruenire non poteſt: oportet itàque vt in ſtomacho ſuum officium peragat adminiſtretque: illicò nempè ibi cognoſcitur à prudenti molli igne, vt gratus hoſpes in hoc caſu, cuius ignis ope lapidis diuinum feſtinat ad indiuidui conſeruationem, quod poſteà lubens amplectitur natura, vt quid ſibi conueniens, *oſtiocolla quomodo agit?*

& concordans.

Pellicula ſtomachi gallinarũ in renum, atque ſtomachi dolore magno ſunt vſui, vt & qui inuoluntariè ſtragula permingunt

Conſeruationis occaſione memoriam ſubit, ſaginatum caponem pro menſa fuiſſe mactatum, apparuitque eius ſtomachi clauſura vtrimque impedita ab extremis acutis acus chalybeæ, quam caſu cum polenta deglutiuerat: in quo ſagax Natura nunquam ferians hiantem ſtomachum deſeruerat (quem hiantem vidi, tetigique: aridus ferè erat, ac ſi Solis calore fuiſſet exſiccatus, ex acu infixa) nouumque efformatum ſuccenturiauerat, quem, certum eſt, ex veteri pullulaſſe: illi enim adhærebat, & acus non erat digeſta aut diſſoluta (alias in auium ſtomachis non difficilis diſſolutionis, nam ſilices, & arenas niſi ſubindè comedant, vix pingueſcunt, propter vehemens acidum illis innatum, & ideò etiam vitrum deglutitum paulatim abſumunt) quia claudere ſe non potuit, ſed maculis hinc inde nigris vitiatum illum conſpeximus.

Sic dens apri puluerizatus, & per os aſſumptus pleuriticos mirè ſubleuat, idem præſtat, & hirci ſanguis, vt & tauri, vel cerui priapus carptus, vel puluerizatus, quæ omnia ſunt ferè inſipida: non ideò

quod

quod pleura ſit amica priapo, vt quidam in ſuis conſilijs ſcribillat, nam ad pleuræ membranam priapus non admittitur: Sed argutus prudenſque iudex in ſtomacho ſedens eiuſmodi appropriata medicamina cognoſcit, eaque amplectitur, dirigitque, vt furioſum acidum inuiſibilis mollis ignis radium diſſolutum, & putrefactiuum coagulent, tranſmutent, contemperent, dulcificent, permiſceant, atque per vrinam tandem educant, iuxta antiquiſſimam medendi methodum: quæ enim prodeunt, minimè copia ſunt æſtimanda, ſed qualia oportet purgare purgentur per loca conferentia, & facilè ferunt. Hæc mihi curandi ratio videtur, *inquit Magiſter*, Adeòque (pergit Philoſophus) APPROPRIATA medicamenta, non per ſolas qualitates, vt vulgo placet, ſed per ſpiritus ſecretos agunt; neque enim ignis per ſimplicem caliditatis qualitatem calefacit, aut comburit, ſed per continuum ſpirituum, & radiorum fluxum. Neque terra, aut aqua per ſolas qualitates frigiditatis, & humiditatis refrigerant, aut humectant, ſed per tenues vapores, & ſpiritus innatos, & emiſſos etiam

de Humoribus

Appropriata quomodo agunt?

eminus ſenſum feriunt : Neque venena per ſolas qualitates calidas, aut frigidas, ſed per ſpiritus maleficos tabem, ac mortem ſeriùs ociùs inducunt. De plantis,& herbis idem iudicium ferre licet, quià ipſarum virtutes actiuæ non in qualitatibus, ſed in earum eſſentia latent, quam ſpiritibus locupletem fecit natura, cuius baſis, & vires præcipuè ſunt circa ſpiritualia ; corpora enim ſunt tanquam vmbræ, aut rerum indumenta, ſub quibus inuiſibilis Natura occultatur; qualitates autem cum ſint rerum accidentia, earum eſſentiam conſtituere non valent, neque mirabiles eorum virtutes agendo explicare, ſed ſunt tantum inſtrumenta actionum, & paſſionum materiæ inſita, quibus etiam vtuntur ſpiritus mechanici, ſiue actionum artifices in agendo ; verum illas eſſe actionum principia, & cauſas efficientes, Natura non patitur.

Plura adduci poſſent, ſed cum mei non ſit inſtituti hoc loco de appropriatis ex profeſſo agere, tranſeo ad incæptum opus peragendum.

Quemadmodum autem infinita ferè tranſmutationum remedia non

non ſine ſtudio, labore, & diligentia certa, & infallibili experientia inuenta, & patefacta ſunt: Sic etiam longa obſeruatione in podagricis doloribus ex acidiſſimo, igneo, inuiſibili animato, & diſſoluto ſpiritu obortis, remedia elegerunt, quæ obſeruarunt in macrocoſmo acida omnia coagulare, & tranſmutare apta eſſe; non ſine fundamento conjectantes ita quoque ſuccedere debere in microcoſmo: inter quæ lac primum locum habere exiſtimatum eſt, cò quod in macrocoſmo omnia acida recipit, occultatque: Sic enim Plinius refert: plurimos aſinini lactis vſu ab articulari morbo fuiſſe liberatos: quarè creditum eſt lac aſininum eſſe arthriticis ſalutare, ſed in microcoſmo aliter ſe res habet, nam quibus iudex ſiue mollis ignis in generali ſtomacho ſedens non ſatis potens eſt lac ſpontè aceſcit (aſininum, & equinum per aluum magis dimittitur, quàm bubulum: ouillum aluum ſiſtit: caprinum aluum ſubducit, hic autem perinde eſt) vnde plurima profert incommoda: putrefactionis enim ſymbolum inducit, alimentumque fit corruptiuum, vnde poſtea cachexia, & quandoque mor- *lib.28.c.9.* *Hipp.lib.2 de diata*

talis hydrops, vt exemplis patet; hac occaſione Hippocr. lac capite dolentibus, & febricitantibus prohibet, eò quod aciditas non vitalis, ſed corruptiua illud tunc temporis gubernat. Gracilibus verò hominibus articulari dolore vexatis, dummodo optimè concoquant, lac plerumque conuenit, atque ex hac ratione phthiſicis pariter ſub nutrimenti ſpe propinant; quod tamen ipſe Galenus negat, *inquiens*: Non enim ex ijs, quæ comeduntur, & bibuntur, fit nutritio, ſed ex ijs, quæ probè à vētriculo concoquuntur: id ſonat, licet lac ſit optimum nutrimentum, attamen iudex in ſtomacho illud tunc temporis, ob rationes ante dictas, negligit: confirmat id etiam quotidiana experientia, quod nullus phthiſicus à lactis (cuiuſcunque animalis) vſu ſit vnquam reſtitutus, aut enutritus, adeòque falſum eſt, lac phthiſicos nutrire.

lib. 11.

Quare autem lac modò fluxum cohibeat, modò verò laxet, oſtendit Hippoc. Chimicus ſuo loco.

lib. 2. de ſimpl. m. facult. de oſſibus

Lac ſequuntur oſſa, de his Galenus, ſe nouiſſe, quondam oſſa combuſta potui exhibita fuiſſe haud ſcientibus, quod biberent: ne ſcilicet ea auerſarentur, ac

mul-

multorum tum Epilepſiam, tum arthritidem fuiſſe curatas. Rationem non addit Galenus: hęc quippè ſuperat humorum, ac qualitatum doctrinam, ideò ſolum experientiam appellat. Quià verò dicta oſſa in corpus leue inſipidum, vacuumque alcali per ignem redacta (*cum ſola tunc eſſe non poſſint*, iuxta antiquiſſimam methodum à Natura inſtitutam, & *ab Hippocrate* in ſecreto excultam) neceſſe eſt attrahere, combibereque, quod dicto alcali concordat, & quadrat; id autem nil aliud eſſe poſſe, ſi Galeno fides habenda, quàm ſpecificum acidum ſpirituale, & inuiſibile, vt probat prouerbium Gallicum. *contra vſitatam methodū ſcribit Galenus*

En la fieure quarte, & goutte,
le medisin n'y voit goutte.

Oſſa humana plurimi præferunt boum, vt & ceruorum cornibus, horum aſſiduum vſum medicorum celeberrimi fortaſſe ex antedicto fundamento etiamnum ſuadent ad inueteratum morbum eradicandum, quod tamen experientia teſte abſente febre admodum tardè ſuccedit: febrilis quidem aciditas à cruſtaceis promptiùs, quàm arthritica coagulatur, & combibitur: imò in qui-

buſdam febribus acidum errans peregrinum, volatile, & fermentans indeſinenter nouum alimentum contaminat: vndè ſpuriæ naſcuntur febres, quo in caſu burſæ paſtoris, & plantaginis ſucci alcali coagulans, & cum dicto febrili acido peregrino concordans ægrotantis pulſibus applicatur, à quo dictum acidum febrile tutò attrahitur, & coagulatur, ſine vlla ſenſibili peccantis humoris euacuatione: Si verò ante dicti alcali appoſitionem fermentum acidum febrile fuerit pharmaco agitatum, effectus ità exactè non ſequitur; vt neque ſi ſucci ſeparatim apponantur quicquam præſtant, niſi commixti, non ſecus, quàm vitriolum, & galla ſeparatim nullatenus tingunt.

Alii euacuationem ficti catarrhi deſcendentis, ac intra excrementa ſubmerſi ità neceſſariam putant, vt vix ſufficere prædicta oſſa credant, niſi ea hermodactylis (quaſi iuncturarum ſignaturam referentibus) diagrydio, aut ſimilibus permiſceant: neque melius ſibi debitas partes adimpleuiſſe, niſi quandò virium ſubſtantiam pharmacis colliquatam ſub laruato excrementi catarrho oculis vident, non

con-

conſiderantes, ab eiuſmodi frequenti vſu purgantium ventriculum labefactari, concoctionem inuerti, malumque augeri potius, non minui. Tale prorſus eſt pharmacum illud Hyperbolicum, quod vanè oſtentat Petrus Bayerus in ſuo Vademecum, ſcribitque ſe ſibi id inueniſſe ſcilicet Hermodactylorum, diagridii ana dr. i. coſti, cymini, caryophyllorū, zinziberis ana dr. i. miſce doſis dr. i. *corruptionis methodus*

Quem tamen puluerem inueni in Galeni lib. de dynamidis ſub titulo Puluis catharcticus: rectè tñ recipit cyminum, quo ſtatus diſſipentur: At Galenus *in hac verba ſatur de his, qui per hæc purgantia purgant: Quod ſuperuacuum eſt, euacuant illi quidem, ſed tamen ne eis, quod euacuatum ſit, quid perſimile gignatur, nullo modo ſibi curandum proponunt.* *lib. de humoribus*

Bayrus ſcribit ſe, quam primum ſentiret repletionis ſigna, ſumere hoc electuarium, idque ter, aut quater in anno repetere: atque hoc modo ab arthriticis doloribus, quibus antea tentari frequenter ſolitus erat, libeam pro rſus, atque immunem 26. annos duxiſſe vitam.

Noui podagricum, qui, dolore

dextrum pedem leuiter affligente; dictum puluerem ſumpſit, quo euacuabantur quidem vires, corporiſque ſimul ſubſtantia profusè in liquamen citrinum mutata, & ſequenti die æger ſimiliter etiam ità doluit, vt ſtratum lacrymis præ dolore irrigaret.

Hic verificatur ſententia Aſclepiadis: Non ideò deiectiones poſt aſſumpta medicamenta purgantia vt talia fieri, quod humores traherent, ſed quod gignerent: Itàque repletio Bayri non fuit podagrica, ſed potius à commeſſationibus: hocque in caſu fateor, potuiſſe eius inventum pharmacum ſibi auxilio eſſe.

Inuenta ſunt, quibus nocent purgantia, Galenus M. M. vltimo vndè vulgus communi ſermone exclamitat: rixas, tumultus longè grauiores attrahere, idem de purgantibus vt talibus in hoc caſu intelligendum ſuadeo.

de medicinis purgantibus

Hippocraticæ verò ſcientiæ adeptus experientia duce, & magiſtro docente, ſtatuit Arthriticos nec purgantibus obruendos, nec crebrò laceſſendos eſſe; quarè religioni eſſe debet, eos variis moroſiſque medicamentis fatigare: Magiſter enim hoc in caſu verbis

de Natura humana

iocatur

iocatur in purgantia. Si enim alicui, *inquit*, qui bilioſus iudicatur, medicamentum exhibueris, quod pituitam(vt vocant) educat, vt ſcammoniata, & coloquintida, pituitã tibi reddet, & ſic de cæteris.

iuuenis afflictiſſimus arthriticus bis quotidiè raſuram cornu Cerui in ſimplici frigida bibit: à iuſculis enim abhorrebat,quià vnà cum doloribus etiam impenſa febris aderat, à tertio tamen die ab omnibus doloribus liberatur citra vllam catarrhi euacuationem: febrilis namque vniuerſalis acor, emunctoria cuncta contrahens, à ſpongioſa raſura cornu cerui facilè carpitur, atque coagulatur, emunctoria relaxantur, & quid quid ſubſtantiæ ſub dolore degeneratum erat, ſumma quiete per diaphereſin efflauit, Alcali nimirum ſpongioſum ſubtraxit, abſorpſit, coagulauitque ſuperabundans acidum iuxta Hippocr. Methodum à Galeno tantoperè celebratam, & iſta eſt Methodus Naturæ, paulo antè in auri purgatione demonſtrata.

Quarè conſidero, quod diſſoluentia, & aperientia eiuſmodi non ſint ſemper ex claſſe ſudoriferorum inconſideratè deſumenda,

ſed

ſed ea duntaxat,quæ vniuocè concordant cum adulterino ſpirituali ſapore, eumque deſiderio, & magnetico more abſorbent, ex quo ſtatim pori relaxantur, quod aliquandò hauſtus aquæ frigidæ (quià alcali continet, vt oſtendit mechanicè Hippoc. Chim.) præſtat meliùs, quàm Bezaar, dummodo abſumat, & abſorbeat contracturæ cauſam, vt cornu Ceruí fecit cum aqua ſimplici in hoc arthritico.

Hinc memoriæ occurrit, me olim iter feciſſe in equo curſore (quem poſtam vocant) & vt fieri frequentius ſolet, noctem dormiui ſupra pauimentum lapideum tantillo ſtramine ſtratum: me autem coperui ſub penula pluuiali ex tela vernice illinita: idque conſultò, quià Iunius menſis erat; iſta autem tela propter vernicem, cum non admodum plicabilis ſit, ad vtrumque latus plicas in cannas quaſi efformauerat, mane exſurgens obſeruaui quantitatem aquæ limpidæ ex cannis pallij in pauimentum decurrentis: horrui primò intuitu: at ſtatim reminiſcor, pinguem vernicem aqueo exhalanti vapori tranſitum impediuiſſe, ideò aquam illam inſenſibilis

tranſ-

tranſpirationis fructum eſſe, vaporemque ſub vernice, non ſecùs, quàm ſub vitreo alembico in guttas concreuiſſe: liquorem à pauimento collectum ſcypho vitreo indidi, & niſi oculorum menſura fefellit, quatuor vncias eius circiter fuiſſe notaui, quiſque namque ſanus ſeptem imò decem plus minus ſanguinis vncias ſibi quotidiè fabricat, vt Galenus docet, & ratio dictitat, vndè neceſſe eſt in ætate conſiſtente tantundem in dies conſumi, quantum de nouo generatur, aliàs in immenſum breui homo tumeret.

Tranſpirationis neceſſitatem manifeſtat paronychia regina dolorum: igneus enim hic tumor in vnguis radice ſeu eius ventriculo oritur; quandò ſcilicet occultum ibi fermentum errore exorbitat exterius, eoque loci tranſpiratione impedita, intercæptum aceſcit, accenditurque (affluxum bilioſi humoris hactenus accuſat vulgus) vndè ſi in eius principio cæca, qua tegitur, pellicula leuiter ſaltem ſcalpello abradatur: dolor omnis, & pulſatio illicò ceſſant: quià degenerata, & noſtris oculis inuiſibilis acrimonia veluti effracto, quo impediebatur, obice libera expirat: *Hippoc.*

eoq;

eoq; ipſo ſuperfluum, quod aliàs viuidum alimentum in pus commutare potis erat, euaporat, diſſipaturque.

Liquet itàque, quotieſcunque pori à cauſa occaſionali contrahuntur, continuumque effluuium impeditur, & dolorem, & febrem neceſſariò in promptu eſſe, donec obſtruens cauſa, aut natura, aut arte ſit penitus abſumpta, porique relaxati effumationem rurſus liberam ſinant: Omnes enim naturæ indiuiduæ, *teſtante Philoſopho*, ſpiritibus abundant, quorum plurimi iugiter effluentes adfluentibus cedunt, & ità per continuos ſpirituum acceſſus, & receſſus fit quædam partium mundi, & naturarum renouatio. Adeòque ſpiritus eſt, qui dolet, & patitur, ſed à corporea re pati nequit, præterquam à ſibi ſimili, hoc eſt à corpore ſpirituali, vel à ſpiritu corporali, quem, caue, alium credas eſſe, quam ipſammet naturam. Ergo non aliundè nobis dolores, moleſtias &c. quam indè concludit Hippocr. de morbo ſacro:

tranſpirationis neceſſitas

At pedum dolor, *inquit Magiſter*, his omnibus, quæ circa articulos contingunt, violentior quidem exiſtit, & maximè diuturnus, quiq;

de affectionibus

quiq; ægerrimè ſoluitur: huic tamen eadem, quæ articulari morbo, conferunt. Non eſt tamen podagra, vt ſupra dixi, dolor in digito pedis, ſed eſt inuiſibilis, prudentis, mollis ignis in Generali ſtomacho ſedentis accenſus in acido animatus radius particularis, nulla alia re, nulli alij liquori, quam articulari muco præſidens: Mucus autem, vt ſupra dixi, eſt ſpermaticum dulce gluten, nullibi quam inter ligamenta, & oſſium congreſſum reperibile, eſtque pellucida quædam mucilago albumini recentis cui non abſimilis, hæc mucilago accenſum radium hauſta primò aceſcens, deindè opaca fit: hincque tam ad alendum, quam expirandum inepta fit. Quarè tunc pori non ſolum contrahuntur, ſed accenſus radius non ceſſat, *forti fluctu*, ad mucum feſtinare, & mucus hunc in ſui ruinam amplecti, *quià neſciunt quid faciunt, ſed deſtinatum fatum explent*, ait Magiſter: *de diata* Donec inſitus, prudens Spagyrus accenſum corruptumque radium iterum emendet, vt ait Coſmopolita. *Vnde rurſus Hippocrates*: Si *de veteri medicina* dulcis humor in aliam formam mutetur, non per alterius contemperationem, ſed ipſe deſciſcens, vel

dege-

degenerans per ebullitionem, aut fermentationem (dic vt lubet) qualis nam plurimus futurus ſit, amarus, aut ſalſus, aut acerbus, aut acidus, ſit ſanè acidus: *Ergo acidus humor reliquos præcellens maximè incommodus fuerit*, Sic vtique dulcis omnium commodiſſimus exiſtit, id ſi quis forinſecus quærens conſequi poſſit, is ſemper quod melius eſt ex omnibus eligere queat.

Hippocrat. fuit Chimicus medicus

Hactenus forinſecus quærendi morborum cauſas per ſapores nondum patuit alia via, quam per Spagyriam, & naturalem ſcientiam ſiue experientiam, hanc vnam calcauit ſummus Hippocrates, & vetuſtiſſimi Philoſophi: hæc nempè vna docet, acidum podagricum multiplex quidem non eſſe, ſicut Hypochondriacum, ſed vnius ſaltem ſpeciei, differre tamen varijs attributis, & circumſtantijs, varijſque mutationibus obnoxium eſſe, & ideò aliquandò longiore mora aſſidere, docet Magiſter quò enim acidior ſapor, eò calidior morbus, & maior dolor: Et licet Alcali generaliter in macrocoſmo omnia acida ſine delectu ſorbeat, in microcoſmo autem ſecus eſt, eò quod acidum licet morboſum, & præ-

præceptionum libello

vide c. 9. in claui.

præternaturale, animatum tamen, & ſuo modo prudens magnetis inſtar exiſtit, ideòque non feſtinat niſi ad illud alcali., cuius ſymbolum, & concordantiam penes ſe habet, ſicut de eius principio oſtendimus, & ob id *inter ſeſe cognoſcuntur*, vt docuit Senex. *de diata*

Hæc obſcura, ardua, cryptica prudentia, diuinumque in rebus ità ſocordem ſocietatem ſtupefecit, atque dementauit, vt illud nefandum appellauerit, & tanquam quid infame abhorruerit, atque proſcripſerit, vt Clauis cap. 9.

Nec minoris eſt admirationis, quod indefeſſus, & vndecunque conſumatiſſimæ eruditionis Sennertus Naturalem, Hippocraticam, vetuſtiſſimam, neceſſariam, ſacramque artem ſine ratione, imò artem ſine arte eſſe declamitet, ac vnà cum vili plebecula confundat, & farciminet, qui error tanto Doctori non eſt conniuendus; ſic enim de conſenſu, & diſſenſu cap. 9. *Neſcio*, inquit, *qui fiat*, *quod Chimia, quæ ars aliarum artium longè vtiliſſima, & nobiliſſima habeatur, pauca rationibus munita, & ex certis principijs deducta habeat, ſed infiniti penè proceſſus, & operationum formulæ paſſim*

ex-

buſdam febribus acidum errans peregrinum, volatile, & fermentans indeſinenter nouum alimentum contaminat: vndè ſpuriæ naſcuntur febres, quo in caſu burſæ paſtoris, & plantaginis ſucci alcali coagulans, & cum dicto febrili acido peregrino concordans ægrotantis pulſibus applicatur, à quo dictum acidum febrile tutò attrahitur, & coagulatur, ſine vlla ſenſibili peccantis humoris euacuatione: Si verò ante dicti alcali appoſitionem fermentum acidum febrile fuerit pharmaco agitatum, effectus ità exactè non ſequitur; vt neque ſi ſucci ſeparatim apponantur quicquam præſtant, niſi commixti, non ſecus, quàm vitriolum, & galla ſeparatim nullatenus tingunt.

Alii euacuationem ficti catarrhi deſcendentis, ac intra excrementa ſubmerſi ità neceſſariam putant, vt vix ſufficere prædicta oſſa credant, niſi ea hermodactylis (quaſi iuncturarum ſignaturam referentibus) diagrydio, aut ſimilibus permiſceant: neque melius ſibi debitas partes adimpleuiſſe, niſi quandò virium ſubſtantiam pharmacis colliquatam ſub laruato excrementi catarrho oculis vident, non

conſiderantes, ab eiuſmodi frequenti vſu purgantium ventriculum labefactari, concoctionem inuerti, malumque augeri potius, non minui. Tale prorſus eſt pharmacum illud Hyperbolicum, quod vanè oſtentat Petrus Bayerus in ſuo Vademecum, ſcribitque ſe ſibi id inueniſſe ſcilicet Hermodactylorum, diagridii ana dr. i. coſti, cymini, caryophyllorũ, zinziberis ana dr. i. miſce doſis dr. i. *corruptionis methodus*

Quem tamen puluerem inueni in Galeni lib. de dynamidis ſub titulo Puluis catharcticus: rectè tñ recipit cyminum, quo ſtatus diſſipentur: At Galenus *in hæc verba ſatur de his, qui per hæc purgantia purgant: Quod ſuperuacuum eſt, euacuant illi quidem, ſed tamen ne eis, quod euacuatum ſit, quid perſimile gignatur, nullo modo ſibi curandum proponunt.* *lib. de humoribus*

Bayrus ſcribit ſe, quam primum ſentiret repletionis ſigna, ſumere hoc electuarium, idque ter, aut quater in anno repetere: atque hoc modo ab arthriticis doloribus, quibus antea tentari frequenter ſolitus erat, liberam pro rſus, atque immunem 26. annos duxiſſe vitam.

Noui podagricum, qui, dolore

dextrum pedem leuiter affligente; dictum puluerem ſumpſit, quo euacuabantur quidem vires, corporiſque ſimul ſubſtantia profusè in liquamen citrinum mutata, & ſequenti die æger ſimiliter etiam ità doluit, vt ſtratum lacrymis præ dolore irrigaret.

Hic verificatur ſententia Aſclepiadis: Non ideò deiectiones poſt aſſumpta medicamenta purgantia vt talia fieri, quod humores traherent, ſed quod gignerent: Itàque repletio Bayri non fuit podagrica, ſed potius à commeſſationibus: hocque in caſu fateor, potuiſſe eius inventum pharmacum ſibi auxilio eſſe.

Inuenta ſunt, quibus nocent purgantia, Galenus M. M. vltimo vndè vulgus communi ſermone exclamitat: rixas, tumultus longè grauiores attrahere, idem de purgantibus vt talibus in hoc caſu intelligendum ſuadeo.

de medicinis purgantibus Hippocraticæ verò ſcientiæ adeptus experientia duce, & magiſtro docente, ſtatuit Arthriticos nec purgantibus obruendos, nec crebrò laceſſendos eſſe; quarè religioni eſſe debet, eos variis moroſiſque medicamentis fatigare: *de Natura humana* Magiſter enim hoc in caſu verbis iocatur

iocatur in purgantia. Si enim alicui, *inquit*, qui biliosus iudicatur, medicamentum exhibueris, quod pituitam(vt vocant) educat, vt ſcammoniata, & coloquintida, pituitã tibi reddet, & ſic de cæteris.

iuuenis afflictiſſimus arthriticus bis quotidiè raſuram cornu Cerui in ſimplici frigida bibit: à iuſculis enim abhorrebat, quià vnà cum doloribus etiam impenſa febris aderat, à tertio tamen die ab omnibus doloribus liberatur citra vllam catarrhi euacuationem: febrilis namque vniuerſalis acor, emunctoria cuncta contrahens, à ſpongioſa raſura cornu cerui facilè carpitur, atque coagulatur, emunctoria relaxantur, & quid quid ſubſtantiæ ſub dolore degeneratum erat, ſumma quiete per diaphereſin efflauit, Alcali nimirum ſpongioſum ſubtraxit, abſorpſit, coagulauitque ſuperabundans acidum iuxta Hippocr. Methodum à Galeno tantoperè celebratam, & iſta eſt Methodus Naturæ, paulo ante in auri purgatione demonſtrata.

Quarè conſidero, quod diſſoluentia, & aperientia eiuſmodi non ſint ſemper ex claſſe ſudoriferorum inconſideratè deſumenda,

ſed

ſed ea duntaxat, quæ vniuocè concordant cum adulterino ſpirituali ſapore, eumque deſiderio, & magnetico more abſorbent, ex quo ſtatim pori relaxantur, quod aliquandò hauſtus aquæ frigidæ (quià alcali continet, vt oſtendit mechanicè Hippoc. Chim.) præſtat meliùs, quàm Bezaar, dummodo abſumat, & abſorbeat contracturæ cauſam, vt cornu Cerui fecit cum aqua ſimplici in hoc arthritico.

Hinc memoriæ occurrit, me olim iter feciſſe in equo curſore (quem poſtam vocant) & vt fieri frequentius ſolet, noctem dormiui ſupra pauimentum lapideum tantillo ſtramine ſtratum: me autem coperui ſub penula pluuiali ex tela vernice illinita: idque conſultò, quià Iunius menſis erat; iſta autem tela propter vernicem, cum non admodum plicabilis ſit, ad vtrumque latus plicas in cannas quaſi efformauerat, mane exſurgens obſeruaui quantitatem aquæ limpidæ ex cannis pallij in pauimentum decurrentis: horrui primò intuitu: at ſtatim reminiſcor, pinguem vernicem aqueo exhalanti vapori tranſitum impediuiſſe, ideò aquam illam inſenſibilis

tranſpirationis fructum eſſe, vaporemque ſub vernice, non ſecùs, quàm ſub vitreo alembico in guttas concreuiſſe: liquorem à pauimento collectum ſcypho vitreo indidi, & niſi oculorum menſura fe fellit, quatuor vncias eius circiter fuiſſe notaui, quiſque namque ſanus ſeptem imò decem plus minus ſanguinis vncias ſibi quotidiè fabricat, vt Galenus docet, & ratio dictitat, vndè neceſſe eſt in ætate conſiſtente tantundem in dies conſumi, quantum de nouo generatur, aliàs in immenſum breui homo tumeret.

Tranſpirationis neceſſitatem manifeſtat paronychia regina dolorum: igneus enim hic tumor in vnguis radice ſeu eius ventriculo oritur; quandò ſcilicet occultum ibi fermentum errore exorbitat exterius, eoque loci tranſpiratione impedita, intercæptum aceſcit, accenditurque (affluxum bilioſi humoris hactenus accuſat vulgus) vndè ſi in eius principio cæca, qua tegitur, pellicula leuiter ſaltem ſcalpello abradatur: dolor omnis, & pulſatio illicò ceſſant: quià degenerata, & noſtris oculis inuiſibilis acrimonia veluti effracto, quo impediebatur, obice libera expirat: *Hippoc.*

eoq;

eoq; ipſo ſuperfluum, quod aliàs viuidum alimentum in pus commutare potis erat, euaporat, diſſipaturque.

Liquet itàque, quotieſcunque pori à cauſa occaſionali contrahuntur, continuumque effluuium impeditur, & dolorem, & febrem neceſſariò in promptu eſſe, donec obſtruens cauſa, aut natura, aut arte ſit penitus abſumpta, porique relaxati effumationem ruſus liberam ſinant: Omnes enim naturæ indiuiduæ, *teſtante Philoſopho*, ſpiritibus abundant, quorum plurimi iugiter effluentes adfluentibus cedunt, & ità per continuos ſpirituum acceſſus, & receſſus fit quædam partium mundi, & naturarum renouatio. Adeòque ſpiritus eſt, qui dolet, & patitur, ſed à corporea re pati nequit, præterquam à ſibi ſimili, hoc eſt à corpore ſpirituali, vel à ſpiritu corporali, quem, caue, alium credas eſſe, quam ipſammet naturam. Ergo non aliundè nobis dolores, moleſtias &c. quam indè concludit Hippocr. de morbo ſacro:

tranſpirationis neceſſitas

At pedum dolor, *inquit Magiſter*, his omnibus, quæ circa articulos contingunt, violentior quidem exiſtit, & maximè diaturnus, quiq;

de affectionibus

quiq; ægerrimè ſoluitur: huic tamen eadem, quæ articulari morbo, conferunt. Non eſt tamen podagra, vt ſupra dixi, dolor in digito pedis, ſed eſt inuiſibilis, prudentis, mollis ignis in Generali ſtomacho ſedentis accenſus in acido animatus radius particularis, nulla alia re, nulli alij liquori, quam articulari muco præſidens: Mucus autem, vt ſupra dixi, eſt ſpermaticum dulce gluten, nullibi quam inter ligamenta, & oſſium congreſſum reperibile, eſtque pellucida quædam mucilago albumini recentis cui non abſimilis, hæc mucilago accenſum radium hauſta primò aceſcens, deindè opaca fit: hincque tam ad alendum, quam expirandum inepta fit. Quarè tunc pori non ſolum contrahuntur, ſed accenſus radius non ceſſat, *forti fluctu*, ad mucum feſtinare, & mucus hunc in ſui ruinam amplecti, *quià neſciunt quid faciunt, ſed deſtinatum fatum explent*, ait Magiſter: *de diata* Donec inſitus, prudens Spagyrus accenſum corruptumque radium iterum emendet, vt ait Coſmopolita. *Vnde rurſus Hippocrates*: Si *de veteri medicina* dulcis humor in aliam formam mutetur, non per alterius contemperationem, ſed ipſe deſciſcens, vel dege-

degenerans per ebullitionem, aut fermentationem (dic vt lubet) qualis nam plurimus futurus ſit, amarus, aut ſalſus, aut acerbus, aut acidus, ſit ſanè acidus: *Ergo acidus humor reliquos precellens maximè incommodus fuerit*, Sic vtique dulcis omnium commodiſſimus exiſtit, id ſi quis forinſecus quærens conſequi poſſit, is ſemper quod melius eſt ex omnibus eligere queat.

Hippocrat. fuit Chimicus medicus

Hactenus forinſecus quærendi morborum cauſas per ſapores nondum patuit alia via, quam per Spagyriam, & naturalem ſcientiam ſiue experientiam, hanc vnam calcauit ſummus Hippocrates, & vetuſtiſſimi Philoſophi: hæc nempè vna docet, acidum podagricum multiplex quidem non eſſe, ſicut Hypochondriacum, ſed vnius ſaltem ſpeciei, differre tamen varijs attributis, & circumſtantijs, varijſque mutationibus obnoxiū eſſe, & ideò aliquandò longiore mora aſſidere, docet Magiſter quò enim acidior ſapor, eò calidior morbus, & maior dolor: Et licet Alcali generaliter in macrocoſmo omnia acida ſine delectu ſorbeat, in microcoſmo autem ſecus eſt, eò quod acidum licet morboſum, & præ-

præceptionum libello

vide c. 9. in claui.

præternaturale, animatum tamen, & ſuo modo prudens magnetis inſtar exiſtit, ideòque non feſtinat niſi ad illud alcali., cuius ſymbolum, & concordantiam penes ſe habet, ſicut de eius principio oſtendimus, & ob id *inter ſeſe cognoſcuntur*, vt docuit Senex. *de diæta*

Hæc obſcura, ardua, cryptica prudentia, diuinumque in rebus ità ſocordem ſocietatem ſtupefecit, atque dementauit, vt illud nefandum appellauerit, & tanquam quid infame abhorruerit, atque proſcripſerit, vt Clauis cap. 9.

Nec minoris eſt admirationis, quod indefeſſus, & vndecunque conſumatiſſimæ eruditionis Sennertus Naturalem, Hippocraticam, vetuſtiſſimam, neceſſariam, ſacramque artem ſine ratione, imò artem ſine arte eſſe declamitet, ac vnà cum vili plebecula confundat, & farciminet, qui error tanto Doctori non eſt conniuendus; ſic enim de conſenſu, & diſſenſu cap. 9. *Neſcio*, inquit, *qui fiat, quod Chimia, quæ ars aliarum artium longè vtiliſſima, & nobiliſſima habeatur, pauca rationibus munita, & ex certis principijs deducta habeat, ſed infiniti penè proceſſus, & operationum formulæ paſſim* ex-

extent, quibus tamen fundamentis, & cauſis illi nitantur pauci doceant: ità vt ars ſine arte eſſe videatur: hæc ille.

Hinc liquet quod volumen de conſenſu tanto labore, & anxietate conſcriptum, veritatem ſitienti nulli vtilitati eſſe poſſit, eò quod antiquiſſima medicinæ fundamenta ſe ignoraſſe fateatur, cuius clariſſimi viri errorem in ſummi Spagyri gloriam, & veterum philoſophorum autoritatem hoc ſcripto manifeſtare non erubui.

Chimica quid. Chimica enim non ſignificat compillare proceſſus, & operari phantaſtico more, vt rerum ignari, decanique ſcribillant, ſed chimiæ vox Ægyptum ſignificat, & chymiſta, vel chimita ſecundum Beroſium eſt ſapiens, qui per ſcientiam Ægyptiacam poteſt cognoſcere iuſtitiæ pondus IGNIS, & AQVÆ, quod Natura cuilibet mixto corpori tribuit: hæc enim ſcientia ſola bonorum, & generoſorum medicorum genitrix eſt: quam ſummus Hippocrates ad amuſſim callebat, vt eius genuina ſcripta teſtantur: hanc enim ſi ignoraſſet, hominem ex tenuiſſima aqua, & rariſſimo igne cōpoſitum ſaluberrimum eſſe nullatenus iudicare potuiſſet. Idcircò

circò erubeſcant locutulei, medicique nomine indigni, qui Sacram, & neceſſariam, Hippocraticam artem ex mera ſtupiditate apud ignaram plebem falſis criminibus inſimulant, vituperant, vilipendunt, ac inſtar canis rabientes inuadunt, ſuppeditant, lacerant, & ſe vetuſtiſſimæ ſapientiæ cultoribus fronte perfricta longe anteponunt, & ſuperciliosè deſpiciunt, neſcientes interim eò ipſo turpem ſnam ignorantiam prudentibus patefieri. Homines enim iudicio Orbis, & populorum probantur, & non coinquinatis quorundam balatronum ſententijs Vndè lubentes ſinimus coniunctim omnes ſacræ artis blaſphematores tanquam Epicuri porcos in ſuo luto volutari, ibique putreſcere, cum veritatis fama eorum laudibus ſicuti neque augeri, ità neque eorum detractione diminui queat. Nos enim hic in antiquiſſimæ Hippocraticæ Scientiæ gloriam, & detractorum confuſionem methodum oſtendimus vniuerſalem prudentibus (prudentibus inquam, plebeus enim intellectus non valet attingere, tam macro, quam microcoſmum ab inuiſibili, ſpiritualique principio fuiſſe deriuatum) & medicinam

1. de diata

dicinam ſimplicem naturalem in podagra nouella (de nodoſa hæreditaria, & inueterata non loquor) mirabilem, quam Altiſſimus propter neceſſitatem creauit, quæ, niſi prouenientem fructum afferret, fruſtra Deus honorandi Medicum præceptum addidiſſet. Intereà non dubito, quin ſplendente hac lampade nobiliora ingenia viam ſint initura, qua incedentia non ſolum pro incipiente, ſed etiam inueterata podagra aliiſque morbis multò altiora in plenitudine dierum inueſtigare queant: inuentis enim addere faciliùs eſt, quàm cryptica, & obſcura in lucem eruere. Quarè redeo in viam.

Emendatio autem ſpontanea aeris microcoſmi, cui ad Calidis doctrinam confirmandam radices rerum ex Hippoc. ineſſe oſtendi: plerumque lento pede procedit: ea de cauſa ſpagyria, & antiquiſſima Hippocratica naturalis ſcientia ſubminiſtrat nobis vetuſtiſſimam materiam, facie, opaco coagulatoque muco non diſſimilem, ſub cuius corporeo cortice mera, & efficax eſſentia, quæ ſenſuum cenſuram non agnoſcit, occultatur, cuius anima arcano molli, humidoque igneo ſpiritu aucta in re-

gene-

generato corpore diuiditur non ſolum in SALINVM PODAGRICVM FEBRIFVGVM, ſed ETIAM IN ſpongioſum leuiſſimum, & inſipidum PRVDENS ALCALI, quod parua, repetitaque doſi per os aſſumptum à longè attrahit, combibit, & pedetentim innocuum ferè reddit particularem, igneum, animatum, & inuiſibilem incipientem podagricum acidum ſpiritum, non ſecus, quam magnes acum trahens extendit vim ſuam non ſolum ad quartam acum contiguam, ſed vltra; imò adoleſcens morbus, & remedium ſe inuicem contingunt, ac penetrant, inque neutrum conuertuntur, prout commune alcali artificiale igneum, & cauſticum, penetrat, combibit, & attrahit magnetico modo ignem, ſeu animam olei: idque tranſmutat in ſaponem ſalſum, linguam non amplius amburentem. Dixi:

mollis ignis llip.

Incipiens podagra ſanatur

Nolim tamen hic quiſquam ſibi ſtolidè fingat, ſecretum hunc ſpiritum, mollemque ignem, de quo nobis ſermo habetur eſſe fætidum illud volatile, quod Kesleus ex vini fęcibus diſtillare docet, de quo idem ingenuè fatetur nulli vſui inſeruire: quod etiam firmat

mat Baſilius Valentinus : Tartarum, ait, cum ſe ſegregauit, reliquiſſe meliorem partem in vino, ideòque paruas poſſidere vires : Ergò multò minores fæcibus ineſſe neceſſe eſt, adeòque ex his non fieri Hippocraticum mollem ignem fatendum eſt, licet quidam ſermocinales in vrbe, rerum tamen naturalium ignari ab ignaris edocti ita firmiter credunt, dictiſque diſtillationibus gnauiter inſudant.

Vt neque ignem noſtrum eſſe aquam ſimiliter fætidam, quæ ex alcali cremoreque Tartari inuicem iuſta proportione in liquido commiſtis, prolicitur: quæque tamen perperam ab auctore (qui curam habet de prætermiſſis in Chimia) Epiſtolæ NATVRÆ CVRIOSIS dicatæ 1672. Hamburgi impreſſæ pro ſale Tartari volatili celebratur, ibidemque Helmont iniquè in teſtimonium falſi adducitur : fætida namque huiuſmodi aqua infinitis paraſangis diſtat in opere à tartari ſale volatili, neque leuiſſima quidem inter vtrumque comparatio intercedit ; & ideò Hippocrates non ſine ratione exclamat de diæta lib. 1. *Multi*, inquit, *admirantur, ſed pauci huius cognitionem habent* : ex multo

enim

enim nobiliore ſtemmate prognatus eſt.

Cæterum, licet dictum APPROPRIATVM alcali centum alijs diuerſis ſpeciebus commiſcueris, nihilominus prudens, & argutus ille Iudex, & Spagyrus in ſtomacho ſedens pro ſua intelligentia ſegregat illud, quod in hoc caſu ſibi vtile, & neceſſarium perſentit, inutile verò negligit, reijcitque.

Hæc circumſcriptio prudenti, & Hippocratica ſcientia digno ſatis clara eſt, neque indiget maiore explicatione. Inſuper *Galeni clauſulam* addo, omne nimirum remedium, quod propria ſua ſubſtantia, vt ità dicam, partes ægras corroborat, & cauſas morbi parti alicui contrarias depellit, meritò excellentiſſimum nominari debet: qua ratione hoc prudens alcali propter indignos, & ingratos huius ſæculi filios, & antiquiſſimæ veritatis oſores fuiſſet omnibus abſcondendum, tenebriſque ſilentibus immergendum, nè gemmæ ſpagyricæ, naturaliſque Philoſophiæ ſapidi fructus contemptoribus ſuibus viderentur proiecta *Galeni ſuaſu*, ſuos diſcipulos ſeriò monentis, vt hoc ſecretum non

patefacerent illis, qui adeò ſunt improbi, vt ignorantiam ſuam non incuſent, ſed veritatem negent, ac eos, qui ſua induſtria adinuenerint, irrideant.

Apud priſcos ſic comparatum erat, quod proles Æſclepiada ſibi inuicem communicabant ſecreta: velùti de manu in manum, quapropter, & deorum loco fuerunt habiti, quod remedia illorum non ità eſſent communia, atque in vulgus ſpargerentur, vt fit hodie, ſed ſanctè ſibi reſeruabant ſub religioſo quodam ſilentio: populo verò etiam perſuadebant, ea ſe per reuelationem quandam in ſomnijs, aut templis accepiſſe à dijs ſuis, vt in maiori pretio haberentur.

Quin imò cremato Æſculapij templo, retuliſſe in cartis Hippocratem præceptiones medicas per quietem hauſtas, memoriæ proditum eſt. At hodiè tam nobilem artem adeò communem, atque tritam, & tam à priſtino ſuo ſplendore deturpatam videmus, vt mulierculæ etiam, & puerperarum famulatrices eam in ægrotos exerceant: ait Philoſ.

de priſca medicina Quarè Magiſter hoc naturæ, & ſpagyricæ artis opus ſubſequentibus verbis olìm ſic explicuit. Calidum,

dum, *inquit*, nullius alterius permiſtione, quàm frigidi, calidum eſſe deſinit, nec contrà, frigidum, calidi, ſic reliqua omnia cuiuſcunque ſaporis, vel ſalſa, vel acida, vel amara &c. quæ homini inſunt, quò enim pluribus, & appropriatis, APPROPRIATIS *inquit*, permiſcentur, eò mitiora, & meliora euadunt: hanc Magiſtri Mechanicam confirmat ſequens hiſtoria.

Prædicabat in vrbe 1671. Concionator celeberrimus ex Societate Ieſu podagricus, qui quoties obſeruabat tranſpirationem impeditam, & paroxiſmi acceſſum, aſſumebat per os puluerem inſipidum, quem *del Fundacaro* vocabat, quaſi diceret puluis Tabernarij, & tertiò die ſemper ſine vlla ſenſibili euacuatione ad officium rurſus aſcendebat, dolore planè euaneſcente.

Puluis erat griſei coloris, micans ex inſipido lapide præparatus, qui eff oditur inter Palermum, & Terminum ex monte Cane, cuius præparatio non erat alia, quàm quod lapis diù conteri debebat cum fortiſſimo alcalizato lixiuio, deindè ablui, & pro vſu vt APPROPRIATVM podagræ remedium aſſeruari: hanc præparatio-

nem habuit à dicto ſiculo podagrico tabernario, qui huius pulueris fortaſſè inuentor erat.

Apud me habeo puluerem ità præparatum, qui candenti carboni impoſitus vmbram ſaltem humiliſſimæ flammæ edit, candidiſſimi coloris, nullius ferè odoris, argumento quòd ante præparationem ardebat flamma acido-ſulphurea: vt autem ſulphur planè ſegregaretur, contritus fuit lapis diù cum alcali, donèc ſcil. omne ſulphur, atque aciditas ſit abſorpta, & puluis hac operatione in alcali ſit redactus. Hic puluis ſulphure euacuatus ſolus eſſe nequit, per os aſſumptus reperit in podagrico acidum, cum quo concordat, ab illo ſaturatur, & permiſcetur, igneuſq; dolor ceſſat, donèc nouus regeneretur.

Adeòque appropriata dicuntur ea non ſolum, quæ qualitates ſimplices alterant, ſed etiam illa, quæ infinitos ſapores in partium ventriculis per errorem degenerantes in neutrum tranſmutant: ſententiam rurſus firmat Hippocr. Si pharmaco non videbitur opus haberi, *inquit*, medicamenta in potu exhibeto, quibus febris, aut tranſmutetur, aut deficiat. Propterea me-

lib. de affectionibus

medicamenta, quæ partibus AP-PROPRIATA dicuntur, alijs communibus præferenda eſſe, concludit Galenus. *4.M.M.*

APPROPRIATORVM autem electio apprimè à quoquo fieri nequit propter abſtruſam in ſingulis incolarum notitiam;ideòque plurimorum, etiam præſtantiſſimorum arcanorum præſidijs noſtro malo deſtituimur; quarè, & pro nunc ea ſuo loco relinquimus, Sacra enim cum ſint, ſacris ſolummodò demonſtrantur, prophanis verò non,priuſquam ſcientiæ ſacris (ſacram vocarunt veteres artem propter ſummam eiuſmodi cognitionis æſtimationem, & amplitudinem) initiati fuerint. *Hippoc. de lege* Sufficit Magiſtrum nuſquam inanes rerum qualitates in morborum curatione,vt actionis cauſam imploraſſe, neque legitur illuſtris Dioſcorides eas poſteritati indicaſſe, legitur quidem de dotibus ſimplicium frequenter ſermonem inſtituiſſe:non quod primas qualitates,vt inutiles,reiecerint:nullum enim ſimplex primarum qualitatum exſors eſt,ideò qualitates illæ, vt inſtrumenta in maxima conſideratione, & neceſſitate ſemper fuerunt, & ſunt, non ſolùm quià *vt cap. de aqua*

in omnium morborum curatione earum ſit habenda ratio, & intuitus, ſed etiam vt idiotis, & vulgo, qui non vltra frigidum, & calidum ſapiunt, ſatisfiat.

de veteri medicina Quarè docet Magiſter: Qui diſſerere inſtituit de hac arte, quæ plebeis nota ſunt, dicere tantum debet: idiotæ enim rudes ſunt, neque noſcunt, quomodò morbi oriantur, & deſinant, neque quas ob cauſas increſcant, aut minuantur: Ergo *ſubiungit*: priuatim noſce conuenit, quæ quemuis ex populo cognoſcere, conſentaneum eſt, ea verò adhibere, & pertractare, quæ artis peritis ſcire, æquum eſt.

Cum autem huius mali ſemen, vt ex Hippocr. oſtendi, non in materia, ſed in peculiari acido animato, ſecreto, inuiſibilique ſpiritu conſiſtat, ſuique conſeruationem (vt in natura ſemina quæque) optet, ideò furtiuè, atque proditoriè ſe molli igni in ſtomacho ſedenti aſſociat, donèc fermenti more pedetentim hunc ſuperet, itàvt in poſterum, nec naturali, nec artificiali ſeparationi obediat, vel auſcultet, non ſecùs, quàm ſi ſpiritus vini paulatim per infuſionem, abſtractionem, & cohobia ſe aromatum odori ità forti vnione maritat,

ritat, vt deindè nullo arte, nullo ingenio ab inuicem ſeparari poſſibile ſit. Hæc mechanica mouit Magiſtrum, vt olìm inueteratam podagram inſanabilem eſſe iudicaret. Et ideò neceſſe eſt, vt medicamentum, ſtatim atque quis primum paroxiſmum paſſus ſit, propinetur, hic iuuenis ait Hippocr. ab intelligenti medico ſanari poteſt: qui notare debet, quoties venter ſine data cauſa ſegnior ſit, & conſuetum excrementum intra pedum digitos non reperitur, & crura intumeſcunt, quod ex tenſione cognoſcitur, inſtantem paroxiſmum ſignificari: indicantur enim pori contracti, & ideò nil expirat, in hoc ſtatu veſperi ante cænam tria grana aloes correctæ, vel violatæ cum antipodagrico per 5. vel 6. dies continuos deglutire, optimum præſeruatiuum deprehendi.

quare inueterata inſanabilis?

Cum verò malum inueteratum ſit, & multus aer fortes fluctus faciat, tunc arbores radicitùs euelluntur, & naues onerariæ in altum iactantur, ſpirituum potentia ita cogente, etiamſi oculis minimè ſit conſpicuus &c. verba Hippocr. in hoc ſtatu, inquam, febrilis dolor animum vehementer hebe-

tat, & intelligentiam in affectus cognationem ſecum adducit, quarè nil quicquam per totum illud tempus aſſumendum præter tenuiſſimum cibum, bis terue in die alcali podagrici in aqua diſſoluti decem grana pro doſi: aluus interea ſtudiosè lubricaſeruetur, vt quicquid ad inteſtina confluit, educatur, nè mora ſimplicique tepore putrefactiuum fermentum contrahat.

Nephriticum

Si ſabulum infeſtans, & vrinæ impedimentum adſit, præſtantius nil inueni, quàm Nephriticum à Paracelſo deſcriptum, aut per ſe, aut abſente prohibente cum Terebintho, aut cum maceris grano, loca enim vrinæ grati odores refocillant. Hoc Nephriticum abſorbet calculi fabrum in renibus (quem in Claui ex proprio acido coagulatore oſtendi) vreterumque contractura relaxatur, ac ſabulum vnà cum vrina fæliciter effluit, & ità ſtranguria mitigatur, & ſi ſingulis menſibus, luna decreſcente, vſum æger continuet, recidiuæ occaſio anteuertitur. *Aliquandò* inquit Hippoc. *per ſimilia morbus oritur, & per ſimilia oblata ex morbis ſanatur.*

Quorſum reponens rerum natura.

turalium ignarus:dictum ſcil. Nephriticum cum ex meris componatur lapidibus, eſſe potiùs ſabuli molem ſua præſentia aucturum, quàm veterem diminuturum: cui ſatis ſunto ea, quæ ſub initium hic tractatus, ex Hippocrate docente, adducit,ſabuli ſcil. ſeu calculi,vt & morborum, rerumque omnium ſemina, prima ſui rudimenta, progreſſum, maturitatemque ab acido occulto nanciſci; quarè ſi eiuſmodi lapides in alcali, ſeu vacua corpora, arte Spagyrica, redacta fuerint, non poſſunt deglutita intus in nobis, quin ſaturentur acido petrifico ibidem reperto, ſibique congenere, *quia vacuum ſolum eſſe non poteſt*.

Cum autem ad renes non peruadant, Iudice meſenterij obſtante, ideò ſuum peragere opus in ſtomacho neceſſe eſt;in ſtomacho igitur more magnetis eiuſmodi alcalia per viſcera poris peruia attrahunt ſpiritualem calculi acidum fabrum ſibi vniſonum in renibus ſtabulantem: quo ità ab alcali hauſto, atque abſumpto, vnà cum excrementis deiecto, relaxantur à contractura vreteres, moxque vrina ſimul cum fæce libera effluit.

Itaque medicamento, vt auxilio eſſe poſſit, ad locum affectum penetrandum non eſt, vt rerum inſcij Decani de cornu cerui aſſeruere, vt Clauis cap. 9. Eodem prorſus modo reliqua omnia medicamenta, vrinam mouentia, diuretica, diaphoretica &c. ibi ſuum munus abſoluunt, dummodò cum acido morboſo concordant, quæ ideò Magiſter APPROPRIATA vocat.

Corbuli piſcis lapillus Amuletum eſt cõtra calculi dolores

Sed eſt, & alius ſcrupulus eximendus, quomodo ſcil. dictum Nephriticum ex lapidum aceruo coagmentatum ſingulari proprietate donari iure poſſit, cum quilibet lapis proprio, & differente à quibuſcunque aliis ſemine ſcateat.

Hippocrates Chimicus rem ſoluit exemplo ſic: Si vina diuerſa in eo inſtanti ſimul confundas, & bibas, non eſſe eiuſmodi vinorum mixturam tuæ ſalubrem ſaluti: Si verò plures ſuccos diuerſiſſimarum vuarum ab initio confermentatio concoquat, fit inde tunc ſaluberrimus potus, non ſecùs, quàm Theriaca ex differentibus ſimplicibus per fermentationem counitis (illæſa tamen feminum poteſtate) euadit ſub vnitatis ſymbolo inſigne

ſigne medicamentum, ideòque fermentata ab Auicenna magnæ virtutis titulo inſignitur.

Idem eſto iudicium de multiplicibus hiſce lapidibus: hi enim omnes quià ſub vnitate ſoluentis, & fermentantis ſpiritus coaleſcũt, ideò coniunctim pariter in vnitatem tendunt, atque conſpirant. In hanc autem rem de appropriatis teſtem experientiam Magiſter appellat: teſtatur enim, ſe cum fructu ſalutis dediſſe mane mandragoræ radicem mœrore confectis, malèque habentibus, & mortem laqueo ſibi conſciſcere volentibus, minore tamen pondere, quàm quòd furorem excitet. Vndè poſteà elicit: morbum aliquandò per ſimilia oriri, & per ſimilia oblata ex morbis ſanari. Plura de calculo indicabit Hippoc. Chim. Quià vtile eſſe *ait Magiſter*, eorum, quæ offeruntur, varietatem conſtituere: nam propter varias caſuum attributiones aſſeuerare non oportet, quod vnum aliquod remedium profuturum ſit. Quarè in hoc caſu tormina ſi ventrem torqueant, potum daucus aromatizet, vel fomenti more ventri imponatur, huius enim odorem à ſabulo quoque præſeruare docet Helmont.

De locis in homine.

Daucus

Quibus aluus in podagra præſertim tempore paroxiſmi ſicca eſt, iis *pharmaca non conueniunt, quia extenuant, & calefaciunt*, ait Magiſter, indè venter indies ſegnior fit, & tandem purgantibus vix auſcultat; propterea ſatis eſt corporibus illis roſarum, vel violarum conſeruæ recentis mediam vnciam plus minus ſingulo mane manducare, mox ſuperbibere hauſtum aquæ diſtillatæ meliſſæ, vel borraginis, donèc ſpontè aluus ſecedat: alii amant caſſiam recenter extractam: & remiſſo dolore tria vel quatuor grana aloes violatæ media hora ante cœnam, etiamſi febris adſit, nulli incommodo ſunt, imò vſus eius etiam præſeruatiuè, vnà cum podagrico alcali (vt ante dixi) frequens eſſe poteſt bis nimirum in hebdomada, nè peregrinum fermentum mollem ignem in ſtomacho ſedentem ſuo odore contaminet. Cliſter ex ſimplici furfuris decocto etiam prodeſt cum ſalis communis drach. ii.

de locis in homine

Frequens mihi vſus fuit olìm præſertim in vrinæ penuria dictū alcali cum tantillo terebintho non cocto, & ſacharo in pilulas formare, quas amicorum diuerſi cum fructu ſumpſerunt poſt primam

inua-

inuaſionem, in recenti nimirum podagra, & in hunc diem deinceps nil quicquam doloris podagrici paſſi ſunt: & hæc regula iuueni ſatis eſt.

Alijs autem non ità fœliciter ceſſit, licet induciæ ſint factæ per annos, nam podagra longa, ait Magiſter, ob id in promptu remedium tenent, & ſanè tenendum, quod prudentiæ granum eſt: propter enim morbi longitudinem, veteres curam per duos nonnunquam per tres annos inſtituebant; propinabantque ſemper remedium luna decreſcente, & debili, id eſt, ante nouilunium tres vel 4. dies, ſemel aut bis ſingulis diebus, vt ſupra dixi ſcil. præſeruatiuè, dictos enim dies ſuperando tam calculi, quam podagræ fabrum opportuniores obſeruarunt experti, docente id Magiſtro: Quidam morbi, ſemel per menſem occaſio eſt, vt curentur, *inquit*. Nam contraria paulatim inducere oportet, & interquieſcere, docet ibidem. Hacque methodo facilitate magis, quam violentia medeatur, medicus ſiquidem, ſi ſuffecerit ad cognoſcendum, ſufficit etiam ad ſanandum.

de morbis

de morbis lib. 4.

de arte

Ab Arthritide verò vniuerſali plurimos hac methodo in minus

tribus

tribus menſibus conualuiſſe notauimus.

Quandòque in vehementiori paroxiſmo exardens ſynouia, vel mucus etiam contigua accendit perioſtia, fitque malum duplex, arthritis nimirum, & membranarum, quæ articulos cingunt, inflammatio, cum tenſione, & dolore inflammante: hic ſtatus externa etiam ſubſidia expetit, quorum quædam huius methodi ratione, & experientia approbata paulò poſt recenſebo. Niſi enim quis hæc attributa, & circumſtantias (vt ait Magiſter) obſeruet, tunc ſanè podagra, etiamſi adoleſcens, inter incurabilia adnumerabitur.

Itàque podagrici doloris cauſa non eſt humor materialis à capite deſcendens, ſed ſpiritualis aura ad ſimilitudinem illius, quam in ægrotante auro oſtendi. Quare Senex: Methodus, quæ ſanitatem non inducit, vt excrementitia illa materialis, permutanda eſt; ſin verò ad ſanitatem vergat: nihil omninò ex his, quæ adhibentur, auferendum, neque aliud quicquam adiungendum, aut apponendum.

de locis in homine

Igitur non conſiſtit morborum ſanatio in ſolo remedio (egli hà de belli ſecreti) ſed potius in vetuſtiſ-

ſima

ſima naturali,& ſpagyrica medendi methodo, hanc qui tenet, illi difficile non erit, APPROPRIATA inuenire ſecreta, vt vocant. Vndè Hippocr. Quæcunque in arte medica prudentia diſcuntur, & inueniuntur, aut de cibis, aut de medicamentis, ea ab ijs diſcere oportet, qui artem perfectè poſſident. *de affectionibus*

Methodus ergò, qua ſanitas, citò, tutò, & iucundè reſtituitur, eſt vera, naturalis, antiquiſſima illa, quam venerabilis Pythagoras, & Plato in Ægypto didicerunt, quamque abſconditam voluit Democritus, qui eam ſoli Hippocrati pro compenſatione viſitationis reuelauit, illumque adſtrinxit ità, vt præfationi operum ſuorum ſolenne iuramentum inſeruerit; quod coram Dijs ſuis præſtat, ſe hanc methodum alijs non reuelaturum, niſi qui fuerint de ſua propria familia, aut de ſtirpe eius, qui ſibi hanc communicauit, & qui idem iuramentum præſtitiſſent.

Hanc Galenus ipſe, vt eius vita teſtatur in Ægypto quæſiuit, vbi olim naturalis ſcientia floruit: huiuſmodi autem quærendi anxietas, & peregrinatio pro triuiali methodo tanti non erat: vt inſuper quoque

que iuramentum adderetur: vtpote quæ in vrbe nunc domi q; tam fæminis,quam magiſtris æquè notiſſima proſtituitur. Vndè tandem
Aphor. 52. Galenus ſenior factus non amplius nudas implorat qualitates, ſicut in iuuentute: ſed cum Hippocrate vniuerſam concludit doctrinam. *Medicamenta*, inquit, *primum oblata* (non contendit de qualitate,vt inuidus, & liuidus nimiumque ſapiens vrbis Myops de ſpernioli calore) *ſi paulùlum conferant, tametſi tardius curent, ea ſunt vſurpanda: nec temerè protinus ad aliud tranſeundum: quæ autem noxia ſunt, ſtatim remouenda.*

Fælix eſſet mortalitas, ſi Galeni ſententia, vel in podagræ ſaltem curatione obſeruaretur. Reperiuntur tamen ità in excrementis ſubmerſi, vt potiùs cum plebe ceruicoſa voluntate errare malint, quã cum paucis veritatem amplecti. Satius eſt (palàm ſcribit Doringius magnæ æſtimationis vir in Epiſtolarum volumine fol. 1193.) ſatiùs eſt, *inquit*, me in Naturali Philoſophia, & Hippocratica medicina minus eſſe verſatum, quam chimicorum placitis eſſe imbutum. Hic non ſolum contra ſummi Hippocratis

cratis præceptum, quo vbique inculcat: Naturæ ſcientiam eſſe medico neceſſariam, ſed, & contra Ariſtotelis doctrinam, qui 6. Metaphiſ. cap. 1. *collocat medicinam ſub naturalem philoſophiam, & hæc*, inquit, *eſt ſcientia*.

Cœca hæc obſtinatio (ait Philoſophus) duas infirmitates hominibus communes eſſe, manifeſtat, quibus impediuntur ea, quæ ipſis proponuntur, cognoſcere, & quæ mentem ipſorum tanquam tenebræ obcæcant, peccatum videlicet, & ignorantia. Peccati nomine venit inuidia, aut æmulatio, aut odium, aut affectus, qui præiudicium, & omnis generis verſutias ratione carentes cauſat, quæ ipſos in tam fortem mentis obcæcationem præcipitat, vt nullo modo cedere velint: imò remedium, & doctrinam, vtraque ſibi incognita, apud ignorantes, & vulgi plebem cauillari, & vituperare nunquam, & nuſquam deſiſtunt.

Eiuſmodi ignorantia id nobis indicat, eoſdem in cognitione Naturalis Philoſophiæ, in Hippocr. ſumma ſcientia ac in præparatione, & compoſitione medicamentorum peregrinos, ac hoſpites eſſe, vt Clauis vbique manifeſtis argumen-

mentis euincit: Hinc enim eſt, clamoribus ſuis, vulgo, & ignaro popello imponentes proſcribere, ac vilipendere, quod ignorant. Vrbis enim moniales plerumque in hæc verba erumpentes audio, *V. V. ! il noſtro medico non vuol ſentir de ſpagyrica*: quibus reponens explico, quid ſit ſpagyria: Medicum ſcil. ſine ſuæ artis, nominiſque incommodo poſſe eſſe muſicum, mathematicum, legiſtam &c ſcientijs ornatum longè diſſitis à medicina: medicumque eſſe muſicum, aleatorum, ſeu cartarum luſorem ægroto nil prodeſſe: Et quarè non poſſit eſſe (imò ex officio debeat) id, quod artis eſt, & ex quo, vt eloquar quod res eſt, ipſa medicina, & quicquid elegantis habet, originem deſumpſit? Naturalis ſcil. Philoſophus, & cognitor propriorum inſtrumentorum, & remediorum? Non ità pridem vrbis patritius decumbens, viſitatus à medicinæ publico lectore, & inter ſermonem, quem miſcebant, fauebat patritius ſpagiricæ ſcientiæ: cui lector hiulco ore proferebat, eam ſaltem verſari circa Antimonium, & mercurium, & ideò calidiſſima parturire remedia, qua de cauſa in his regionibus non eſſe eius vſus, ſed ſolummodo

Spagyria quid?

in

in frigidis, vti Germania, Anglia &c.

Sed vt verum fatear, cauillatores hos nullatenus me ægrè ferre, niſi enim ſcientiam aliò auerterent, lucrum, & munera frequentia ſibi ceſſarent: quod detrimentum nos non timemus: ideòque palam profitemur Naturæ, & ſummi Hippocratis doctrinæ interpretes eſſe. Non nego interim, in vrbe quam plurimos ciniflones, & deceptores reperiri, contra prudentiſſimi magiſtratus vigilantiam: hi tamen omnes ſine diſtinctione ſpagyrorum catalogo vulgo inſcribuntur; non ſecus, quam in alias profeſſiones, & omnium maximè in medicinam indigni plurimi paſſim ſe ingerunt.

Sciant itaque iſti Theones, artis abuſum non tollere vſum: nec aſcribendam culpam arti, quæ non eſt artis, ſed artificis titulum temere aſſumentis, de quo abuſu ipſe Hippocrates ſuſpirans protulit. *Medicinam omnium artium nobiliſſimam, nunc autem omnium viliſſimam eſſe propter ignorantiam eorum, qui eam malè exercent.* *de lege* Medici tamen prudentis, arteque Hippocratica digni generoſus animus, vulgi calumnijs negle-

glectis alta pace potitur, circumſtrepentibus vndique in ſe imperitorum conuitijs, optimè conſcius, ignorantiæ morem eſſe, ſtolidè debachari in virtutem, debitumque viciſſim eſſe virtutis, eiuſmodi ſibi innocuis ſubeſſe iniurijs.

Cæterum qui propter eorum, quæ plurima requiruntur defectum, prænominatum prudens alcali, ſibi oportunè præparare non poteſt: vrgeat interim neceſſitas: huic ego autor ero, nil eſſe ſumendum, quod alcali inſipidum leue, ac ſpongioſum non ſit, vt ſitiens, acida errantia cum auiditate trahat, abſorbeatque. Superaddit Galenus, quod & ſit palato maximè gratum, ac familiare, & contraria vitentur. Prudentibus podagricis ſit ſequens corollarium.

Conſilium petijt vir Nobilis, qui in vrbe peregrinus erat, propter narium hæmorrhagiã admodum pallens, planeque extenuatus: hic oſtendebat fungi ſpeciem, quem cum manu teneret, vt incaleſceret, ceſſabat hæmorragia incantamenti inſtar, fungum autem betulinum iudicaui, huius enim odorem ſpirabat, eiuſque colorem referebat. Ceſſabat autem hæmorrhagia indubitatè, argumento, quod inſi-

tus

tus ſecretus fungi ſpiritus concordabat cum impetum faciente, illique certum temporis ſpatium adhærebat, adeòque remedium hoc morbo appropriatum dici poteſt, quià à nullo alio, quorũ per annos plurima expertus erat leuamen hactenus ſenſit, adeòque inuicem ſeſe cognoſcere neceſſe eſt.

Sic ſpaſmum ferè continuum mitigatum vidi à lineo filo à mala fæmina ducto, & alligato. Hæmorrhoidum continuum dolorem à craſſula radice: Sic Febres, Epilepſias, vteri ſtrangulatus, & ſimilia à ſuis appropriatis periaptis, vt Hippocr. Chim. data occaſione recenſet: imò ipſam peſtem per Paracelſi Zenexton. Et ratio eſt in promptu: totum enim corpus ideò tranſpirabile, & permeabile natura plaſmauit, vt continuè è nobis exhalare poſſent ſpiritus, qui nouis aduenientibus locum cedunt, quare Magiſter: quod vnica inſenſilis tranſpiratio pluris eſſet, quàm omnium vulgarium artificum purgatio: hi ſpiritus effluxi cum ſoli eſſe nequeunt, ſe aſſociant quo cum concordant, imò attrahuntur non ſecùs, quàm magnes ferrum, probat lux candelæ in Clauis cap. 9.

Cum autem totus mundus, &

quic-

quicquid habet eius ambitus ex inuiſibili ſecreto ſpiritu conſtet, vt ex Hippocr. ſuo loco oſtendi: ſic quoque podagræ cauſa nullam aliam prærogatiuam habet, ſed ſimiliter ex inuiſibili igne, & particulari animato acido impetum faciente ſpiritu conſtare debere, neceſſe eſt: Hippoc. docet, experientia firmat. Fultus ergo dictis rationibus

Conſideraui, num pro ingentibus podagræ doloribus ſimile non reperiretur Zenexton, quod, ſicut prænominata, attractiuam illam vim, quam in omnium ſeminum profundo demerſit Omnipotens, vt cap.4. oſtendi, haberet, concordaretque cum Hippocratico diuino in hoc morbo, eique concorditer, ſi non in perpetuum, ſaltem ad tempus adhereret? Nec vana fuit contemplatio! Amuletum enim appendi, ita vt ſtomachi orificium, natalem ſcil. locum attingeret; quod vt ſpongioſum, rarum, & vacuum ſit, ſicut ipſa terra, ratio ſuadet, quæ quoque attractiuæ vis, & inanitionis gratia trahit, & ſorbet ſecretum multiventris ſpiritum Solis filium ad ſuos fines vt oſtendi. Hoc amuletum, quià alcali vices gerit, eiuſque anima

poda-

podagræ animato ſpiritui permixta, ſaturatur tandem alcalium more, & idcò ſenſim amittit tractiuam vim, quarè illud quandòque renouandum eſſe notaui.

Quemadmodum autem totus mundus exortus eſt ab vnico inuiſibili prudenti igneo ſpiritu, quem ex Hippocr. ſuo loco Solis Filium oſtendi, ideò, & hodie ſolari lumini æquatur ſpiritus vitalis noſter, qui per fermenti ſymbolum ſuis in ventriculis varia officia in microcoſmo ſubit, in oculis videt &c. vt dixi. Sic per inoportunum fermentum, ſeu odorem peregrinum dolores excitat, ideò etiam multiventris ſpiritus microcoſmi dicitur. Hic ſecretus ſpiritus, & Hermetis vnica res nulla alia re vt dixi, magis afficitur, quàm lumine, & odore, eò quod lux, & odor ſpiritus immediatè attingant, & penetrent, vt patet in Canis crypta, in cellariis vbi potens cereuiſia fermenteſcit, & aliquandò ibidem dormitantes ſuffocat, odor calcis &c. vt Clauis cap. 9. Quarè Amuleto adiungendum eſt ſuffumigium, quo hyberno tempore ipſum perfundi lectum, cum caleſit, accenſis carbonibus inſperſo, æſtate veſtimenta imbui

Qui non credit animam animæ miſceri demens eſt. Hippoc. lib. 1. de diata.

Gleich VViederſelbe Grichiſche artz deme von der obrigzeit die cenſur vffgetragen, Konte nichtbegreiffen daſ anima ipſa rei Natura ſei, deſſen ſtupida dementia dieſe ſchrift 2. gantzer iahre zudrucken gehindert.

imbui poſſunt, & debent. Huius enim ſecretus ſpiritus animatus immediatè ſeſe animato podagrico miſcere, & penetrare potens eſt, atque continuato vſu à paroxiſmo præſeruare, quià inter ſeſe cognoſcuntur ait Magiſter, & ideò etiam materia huius ſuffumigii animæ nomen adepta eſt.

Omittendum porrò non eſt, quod in magnis doloribus, & cruciatibus ſtatim ad compeſcendos eos animus eſt adhibendus, relictis, & poſtpoſitis tantiſper aliis intentionibus, donèc doloris carnificina ceſſet, in quo ſtatu aſtans medicus non minus ſæpe rubore ſuffunditur, & pudore, quam æger dolore.

Quarè ex topicis ſpagyrica, & antiquiſſima Hippocratica methodo inuentis, & ratione approbatis ſelectiora nunc memorabo: aſſeuerare enim non oportet (Magiſtri verba) propter varia attributa, & circumſtantias, quod vnum aliquod remedium applicatum ſtatim profuturum ſit, & ideò varietatem conſtituere ratio ſuadet, horùm plurima à vulgo practicantium, & ab Hippocratica vetuſtiſſima methodo diſſecti citantur, nullum tamen horum legere

aut

aut videre contigit, qui minimam rationem addere potuiſſet; quarè hæc ità fierent? Cum autem citum, tutum, & iucundum auxilium animaduerterint, & ad frigidum, vel calidum quadrare non poſſit, vel nocuum, vel empiricum vocarunt, manifeſto argumento, à noſtris hæc, & alia excerpſiſſe, & eò ipsò ignorare ſe teſtantur, in Natura ſcilicet nil vnquam fieri poſſe, cuius legitima cauſa non præcedat.

At non ſolum in his, ſed & in reliquis omnibus admodum ieiunos ſe manifeſtant: exempli gratia, bezaar, dicunt, vrinam, & ſudorem mouere, perlas cor roborare &c. nullus tamen, qua ratione ſic indubitatè in corpore humano agerent! & ideò dicti ſectarij à principio ad finem vſque ſunt, manent, & conſeneſcunt empirici, & experimentatores, ſemper diſcentes, & nunquam ad veritatem peruenientes; ſic enim habet Autor in Hollerium de Vinaceis *ie l'ay practiquè cent fois, il n'y a rien meilleur ſous la chappe du Ciel.* attamen nulli podagrico profuerunt vnquam, quarè illis receptula quædam, qualitatiuò, & frigido ſermone roborare ſine cau-

ſarum cognitione ſatis eſt, ſuperflua, ait Philoſophus, diſcunt, neceſſaria ignorant, quià aliud non cognoſcunt, quàm quod externo ſenſu friget, vel calet: ideſt quod neſciunt, ſcire nolunt.

Sperma ranarum, luna decreſcente, collectum, & ex balneo ad ſiccitatem diſtillatum, prolicitam aquàm alcali inſipidi ditiſſimam dabit, vt Hippocr. Chimicus mechanicè docet, quæ tepida cum lineis pānis applicata calidæ igneęque podagræ optimum eſt refrigerium. Aduertat tamen patiens, nè aquæ addatur alumen, vt ſuadent Crollius, Sala, Tenzelius, & alij: licet enim alumen ſit refrigerando, eius tamen adſtringentia poros cutis claudente, diaphæreſis impeditur: doloręque in exceſſum augetur: experto crede. Vndè rectè Hildanus, alumen podagricis eſſe inimicum, monet.

Fomenta iuuant podagram. Horat. I. Epiſt. 2. 11

Multò promptiùs dolorem leniueris, ſi aquæ prædictæ alcali acueris, ſiue multiplicaueris additione alcali vrinæ, tali proportione, vt inflammatam, dolentemque partem applicata aqua non pungat, quod lingua facilimè metiri poteſt. Cùm autem ex *magiſtri libro de morbis*, totum corpus, dum viuitur,

uitur, tranſpirabile habeatur, dolenti loco tepidè duplicatis, vel triplicatis linteis fomenti modo adhibita, non poteſt alcali vrinæ non attrahere aciditatem ibi ebullientem, & cute per fomenti calorem rarefacta, acidum ſpiritum non extra corpus erumpere, ac proindè quietem non conſequi dolorem, *verba Hippocr. de flatibus.* Dicta nempè aqua non primis qualitatibus, ſed abſumpto, ac attemperato acido igneo, refrigerare dicitur, ex quo poſteà magno patientis ſolamine dolor miteſcit.

Alij, loco ſpermatis ranarum aquæ, ſpiritum vini eligunt, atque vrinæ alcali commiſcent, ſed vbi inflammatio præualet, cautè procedendum eſt; aliàs enim vrit, & veſicas attollit: etiamſi locus affectus plumaceolo leuiter tantùm eo perungatur.

Vrinæ ſpiritus commodiſſimè, ac celerrimè parabitur ex ſale armoniaco, quod nil aliud eſt, quàm alcali vrinæ ligatum, vel condenſatum cum acido communi ſale cibario, vt docet Hippocr. Chimicus cap. 2. Si enim armoniaco addideris æquam alcali fixi (ex. gr. Tartari) portionem, & ex retorta vitrea leui calore ambo vnita pe-

puleris, in illo tepore fixum alcali tartari amplectitur, trahitque ad ſe acidum ſalem cibarium, & alcali vrinæ, quià fugax, & volatile, dimidiæ horæ ſpatio, in mediocris magnitudinis vas recipiens ſe recipit ab igne fugiens volatile, albiſſimumque, qui ſeruandus eſt ad vſus prædictos vaſis vitreis cera perquam optimè obturatis.

Hac in operatione ſimpliciſſima, naturæ inſtrumenta rarefactio nimirum, & condenſatio oculis mechanicè patefiunt. Alcali enim volatile vrinæ liberum dimittitur à ſocietate acidi ſalis communis, ſe iterum alcali tartari fixiori copulantis. Vndè alcali vrinæ, ſi dolentem locum podagricum attingit, acidum rurſus trahit, vtpotè vacuum, illoque ſaturatur: & in neutrum ambo vertuntur. *Vnde Magiſter*: Generare, & interire idem, commiſceri, & diſcerni idem. Eò quòd Natura vbique, ſpagyricè, & maxima intelligentia penſa ſua abſoluit, ſiue res coagulatas reſoluat, ſiue demum ſoluta coagulet. Hinc exclamat Geber: Naturæ miniſter, ſiue ſpagyrus profundum habeat ingenium.

de diata

Receris etiam vrina ſani pueri, in defectu aquæ ſpermatis ranarum,

rum, ex Balneo diſtillari poteſt, adiecto cinere communi, cuius alcali ſorbet acidam vrinæ partem, & alcali vrinæ cum aqueo humido aſcendit per alembicum; hæc quoque alcalizata aqua pluribus profuit.

Ex eodem fundamento paratur ex tempore abſorptiua aqua ſine vlla diſtillatione, ſed ſimplici mixtione ex ſalis armoniaci pulueri-zati, & alcali tartari ana, cui mixturæ affunde aquæ communis, tantum, quantum pro ſolutione ſufficit; & lineis molliuſculis petijs duplicatis, fomenti modo tepidè applicatur.

Sunt, qui lacte recens mulcto vtuntur, eò quòd inter alcalia, quę acida bibunt, infimum locum non habeat; ſed quià in calido ſtatim in aliam naturam mutatur, propterea omnibus non æquè confert, placat interim, & mitigat acidum, ignem trahendo, locique aſperitatem demulcet, præſertim quandò cum hyoſciamo ſemel ebullierit, vt habent ab experientia plurimi practici.

Hùc etiam referri poteſt Crollij vnguentũ Anodinum præſertim febre abſente, ab huius enim vnica tepefacta vnctione afflictiſſimum

arthriticum à doloribus liberatum vidi, qui deinceps ſoſpes vixit: caue tamen ab hoc; & aliis omnibus vnguentis, ſi dolor febriculam comitem habeat.

Sunt, qui virga, ſeu ferula cædunt dolentem podagricam partem, donec rubeſcat, ſic acidum expirat, & à doloribus tuti viuunt.

Caro bubula alcali ditiſſima, vt Hipp. Chim. mechanicè oſtendit, ſlacti præfertur, vt & prædictis omnibus: huius enim fruſtum crudum ſine pinguedine partem dolentem olim ſuperligauimus, à qua mane veſperique mutata fæliciter ſiluere dolores: memores, quod aliquandò quidam ità leuiſſimo teneretur pedis dolore, vt foras in publicum egredi ſua peracturus negotia non dubitaret, verùm in itinere parum progreſſo, dolor increbuit maiorem in modum circa malleolum externum ſiniſtri pedis, intenſiſſimo cum cruciatu: & deficiente vectura, pedibus domum laborioſè repetiit, carnis bubulæ fruſtum illicò applicabatur, cuius alcali acidum doloroſum, & igneum electiuè vel ſpagyricè trahente, ſequenti mane locus circumquaque veluti atramento

mento conſpurcatus ater viſitur, maximo patientis terrore: dolor tamen planè ſublatus aberat: Eiuſmodi enim nigredo ſanguis erat ab igneo acido calore, violentoque dolorifero articulari motu extravenatus, ac expreſſus, qui ab alcali attrahentis appoſitu rareſcens paulatim expirando euolabat.

Infimum locum hic etiam non habet ſpiritus vini camphoratus, præſertim à roſmarino rectificatus.

Inſuper puluis radicis conſolidæ maioris cum aqua communi in pultem coquitur, quam minimi digiti groſſitie dolenti loco applicatam, optimum mitigatiuum in nouella podagra, primaque doloris inuaſione deprehendi: etenim poſt tres, vel quatuor horas à parte eleuata nares ferit odore ex putri acido: argumento, acorem extrahere. Inueteratæ tamen podagræ nil commodi adfert.

Dolore & febre, etsi remiſſis, lecto ægrum ſibi non obligante, attamen inceſſus, ac ambulatio impoſſibiles ſunt: videntur enim mille aciculæ iuncturas lanciniare. Vnde pro hoc ſtatu oportunum Emplaſtrum compoſui ex mería

alcalibus, cuius præparatio hæc eſt.

℞ olei roſati lib. 1. calefiat in patella, adde ſaponis albi raſi vnc. iiii, liquefacto ſapone, adde ceruſſæ, minii, ana vnc. iiii. coque lento igne continuè mouendo ligneo paxillo, donec emplaſtro duriorem conſiſtentiam acquirat: Si enim eò duritiei non adducatur, rurſus in aere molleſcit, quià ſaponarium alcali humidum ab aere rurſus attrahit: cui demùm ab igne remoto, & non nihil refrigerato addatur ſub continua agitatione camphoræ vnc. i. prius ſolutæ in mortariolo ſpiritu vini ad pultis formam.

Hoc emplaſtrum ex meris alcalibus compoſitum mirabiliter non ſolùm acidum podagricum ibidem latens, ſed & apoſtemata, tumores duros, pedum callos, varios dolores tam Nephriticos, quam ex acido vbicunque obortos, etiamsì febriles promptiſſimè ſopit, refrigerat, mitigat, adhæretque plures dies ſuper pellem extenſum, tandiù ſcilicet, donec poris apertis acidum morboſum exhalet, tunc nimirum degenerata humiditas expirans à cute depellit: quod autẽ morboſo acido non concordat,

eius

illud dolenti loco, nequè adhæret, neque aſſidet.

Huius alcalizati emplaſtri encomium hìc non adduco, vt mihi eſſe velim ceu hæderã ſuſpenſam, ſicut titillabundis decanis acetum, ſub pomposo titulo: *ſpiritus veneris noſter, ſal vini noſtrum, magiſterium noſtrum, & ſimilia noſtra!* neutiquam verò: abhorret enim animus meus ab eiuſmodi vanis oſtentationibus, quod norunt, qui, Tachenium liberi candoris alumnum eſſe, ſciunt.

Decani verò docent, dolori podagrico oleum ſaponis eſſe lenimen, iſtud tamen oleum, quod ex ſapone ſtillando eliciunt, cum nil aliud ſit, quam diſtillata pinguedo, vnà cum fixo alcali coᶜta in ſaponem, eorum vanitatem pro dolore placando illis lubentes relinquimus.

Eſt, & alius Arthriticus dolor ſine inflammatione, & rubore, qui plerumque ſcapulis ità infixus hæret, vt reſpirationem non nihil aggrauet: hic ex acido dolor, quià non profundus, facilimè ideò mitigatur potentiori acido, quarè huic vſui ſpiritum vitrioli optimum eſſe deprehendi, ab vnica enim huius vnctione quies ſequi-

tur: cauendum tamen, ne inter vngendum linteamina, ſeu veſtes alicuius momenti hoc ſpiritu attingantur: eas enim corrodit, atque inſtar ignis vrit, tam diù vngendo cum lanei panni fruſtulo continuandum eſt, vſquequò pars dolens pungi ſentiatur, tunc ab vnctione ceſſantes locum abluimus tepida aqua, deindè ſuperlinimus oleo Hypericonis.

de liquidorum vſu. Addit *Magiſter*, acetum (eius enim tempore nondum innotuerat vitrioli ſpiritus) valere ad podagram, ſi non corpus vulneraret, eadem etiam fęx vini facit: frigidæ namque podagræ (ita loqui lubet) quandò ſcil. dolor igneus abeſt, aceti fotus accommodatiſſimus eſt.

Notandum hoc loco, verum non eſſe, quod turba ſcribillat: *ſpiritum vitrioli, & ſpiritum ſulphuris idem eſſe, eaſdemque poſſidere vires*: quam aſſertionem perniciosè falſam eſſe deprehendi, nam ſpiritus vitrioli ſex dies, totidemque noctes igne reuerberii naturæ poſſibili expulſus, mercurium præcipitatū eundemque eo ſimul ipſo reddit longè conſtantiorem præcipitato per ſulphuris fumum condenſatum, vt vt oleoſum. Vitriolum enim ab igne cum non

facilè

facilè fugiat, ideò mercurium ab eiuſdem acido, firmiore conſtantia ditari, eoque perfectioribus dotibus inſigniri, quàm à ſulphuris ſtagmate præcipitatum, neceſſe eſt: Mercurius nempè terreſtris cum cæleſti ſymbolizat: eorum enim, quibus iungitur, induit poteſtatem, vt docuerunt Veteres ſub experientiæ teſtimonio: vide Clauis cap. 8. Adeòque Turbith mercurii à prædicto vitrioli acido veniens, eſt medicamentum nobile, præſertim ad Veneream luem, ſimilia contagia, peſtilentialeſque morbos, exhibitum in roſarum conſerua, paſta Ruffi, aut in ſucco liquiritiæ, ſub pilulari forma &c. Caue autem, ne ipſum commiſceas cùm ſcammonii reſina, vel terebintho, vel gummi gutta, vt docet Hartmannus: omnis enim mercurius quocunque modo præcipitatus, pinguedinibus irretitus, vi laxatiua exuitur, & hactenus cinnabaris, quæ eſt ſublimatus mercurius, aluum non cit, pinguedini ſulphureæ combinata.

Notabilia de mercurio præcipitato.

Iſchiadicus omnium arthritidis dolorum grauiſſimus ob doloris magnitudinem, & ſymptomatum ſuperuenientium momenta, ſedem in profundo habeat, neceſſe

eſt, ideò inflammatio rarò extrà apparet. Itàque ad ſalutem flatus intus eò loci detentus diſcutiendus eſt. Cibi conueniunt tantillo ſaturegiæ aromatizati. Podagricum medicamentum exhibendum in hauſtu iuſculi, vel vini ſemel ebulliti, vnà cum quatuor ſeminibus, calidis maioribus, & locus affectus foris perungendus oleo lini: deſuperque noctù fouendus, applicatione tepefacti ſacculi cumini ſemine ruditer contuſo, & furfuri commixto referti. Præſente febre, vehementique pulſatione, ſanguinis miſſio mirificè confert: eà abſente phlebotomia inutilis eſt, atq; lini oleo adiungere præſtat dimidiam, vel quartam partem olei laterini rectificati. Hacque ſimplici methodo, breui temporis ſpatio, ſanitas induci ſolet, dummodò morbus inueteratus non ſit.

Zanut. Sunt qui oſſa humana ad albedinem exuſta oleo vetuſto extingui, indèque diſtillari iubent, hoc poſteà, oleo laterino præferunt. Hi ſunt ex illa claſſe, de quibus dicitur, *quæ neſciunt, ſcire nolunt*, ſacram ſcientiam odio habentes vituperant, & vilipendunt, *quià neſciunt, quid faciunt, ait Magiſter*: neſciunt, inquam, oſſa combuſta

oleo

oleo in hoc caſu non plus communicare, quàm lateres igniti, eò quòd oleum in forma fumi ab illis eleuetur: oſſa enim ſemel candefacta, & ignita fiunt, ſicut lateres ipſi, inania, & vacua corpora rurſus exſatiari cupientia. Vndè per os aſſumpta, acida ſpecifica, non secùs, quàm cornu Cerui vſtum, bibunt, vt in Claue mechanicè oſtendi.

Dolorem verò iſchiadicum à ſanguine extrauenato, radix bryoniæ recens raſa, & cum lini oleo commixta tepidè applicata mirum in modum pacat: renouandus eſt labor, donèc ſanguis planè diſſolutus, & ad tranſpirationem, ſeù volatilizationem aptus tranſſudet: intereà tamen temporis podagricum medicamentum nullò modo intermittas, vt acidum obortum ſorbeat, nouumque regenerari non patiatur.

Clyſterem in hoc caſu ex Bryonia, vt docet Donzellinus Neapolitanus in ſuo Diſpenſatorio nemini ſuadeo, nam rectum inteſtinum magnam habet conſonantiam cum ore ventriculi, ideò choleram facilè cauſare poteſt.

Idem morbus inueteratus cum ſit frigidus, & alcalizatus, oleum

lini

lini cum euphorbio applicatum loco affecto optimum deprehendi remedium, licet magno cum dolore agat.

Pedibus continuata diaphœreſis ità requiritur in omnibus arthritidis ſpeciebus, vt inſtantis paroxiſmi præinditio ſit, quotieſcunque intra pedum digitos excrementum proprium, & conſuetum non reperitur; quarè in ſubcalceolos, ſeu ſoccos ex denſo lineo panno conſutos, digitos pedum verſus, infundo parum cineris ex herbis cephalicis, vt roſmarini, rutæ, ſaluiæ, lauendulæ, betonicæ &c. eiuſmodi enim cinis alcali ſuo modo volatile continet, vt Hippoc. Chim. docet, quod quià ſolum, inane, & vacuum eſſe non poteſt, ideò trahit per poros cutis, combibitque acidum pedum articulos torquens: vndè licet podagricus tota die ſine motu deambulationis ſedeat: renouandi ſunt tamen quotidie linei ſubcalcei, aut ad minus cinis: horum enim continuato vſu, & perſeuerat effluuium, & rariùs deinceps morbus infeſtat.

Aliquandò poſt paroxiſmum, plures menſes pedum, malleolorumque tumor perſiſtit, quem tamen alcali dictarum herbarum

vdonibus lineis inſperſum optimè,celeriterque demittit, complanatque.

Picem naualem emplaſtri forma applicatam hoc in caſu quoque proficuam eſſe animaduerti.

Cinis dictus non ſolum acidum trahit, ſed etiam pedes mundat à ſordibus, vt ablutione, quæ podagricis peſſima eſt, præſertim ab aqua, opus non ſit. Pedum verò lotionem ab aceto, vel vino inſtituere volentibus,per me, ſed valdè rarò, liberum eſto.

Sunt,quibus pedes olentem mephitim ſpirant, quod vitium conuerſatio ciuilis admodum horret; & præſertim in ijs, qui aulas frequentare habent, cuius cauſam plerique deſcendentibus neſcio quibus putridis humoribus adſcribentes, euacuationes cum cautela, ne hepar accendatur (res riſu digna) indeſinenter repetitas, & rigoroſum viuendi genus fruſtrà præſcribunt. Sufficit cinerem prædictum lineis calceis modo, quo dixi, inſpergi, & fætor vnàque diffluens ſudoris mador illicò ceſſant: argumento, id euenire non putridi humoris deſcendentis, ſed vitio ventriculi, cuti pedum inſiti, affluen-

affluentem pro alimento ſanguinem deturpantis, & in eiuſmodi fœtorem conuertentis: vt ſanandi methodus oſtendit, eò quòd alcali dictorum cinerum acidum putrefactiuum ab ipſo cutis ventriculo (non ſecùs, quàm alcali calcis cadauera) abſorbeat, abſumatque.

Sed nè ego, dum breuitati ſtudeo, ſim prolixus, finem operi imponere tempus eſt, quarè vos alloquor, vt æqui ſedeatis iudices, cum beneuolum lectorem non requiſiam, vtrùm Hippocraticum Diuinum, tàm in morbis, quàm in rebus, vt nefandum quoddam ſuppeditandum, & contumelioſè, vernili, ſcurrilique dicacitate contemnendum ſit, imò vt ſtultum à viris doctis tractandum, vt canit decanorum inflata, importunaque turba: ego enim nunquam volui cuiquam aduerſus, vel infeſtus eſſe, ſufficit, me ab initio proteſtatū, carere animo iniuria quemquam afficiendi, ſed vt mortales, vt decet, piumque eſt, ab erroribus, & impoſturis vindicarem. Quarè ignoſcendum, parcendumque illis, & reſipiſcentia ſperanda, cum neſciant, quid faciunt.

Quicquid ergò eſt operis, æquo animo accipite, Naturæ enim

meandros exquiſitè aperuiſſe, mei inſtituti non eſt: intereà non putate, me vobis crambem à tot ingenijs recoctam (vt dicitur) appoſuiſſe, licet tædioſum ſit decanis hoc ælogium deglutire, ſed obtuliſſe, & propinaſſe vobis ſuccum, & ſanguinem vetuſtiſſimæ Hippocr. & Galenicæ doctrinæ meo prælo, meo labore expreſſum, meo vaſculo exceptum, ſi non capaci, ſaltem puriſſimo, & ſalubetrimo, libate, applicate, valete, & ſummo Spagyro, qui primus omnium hanc artem edocens confuſas rerum naturas, ceu lucem à tenebris ſeparauit, & diſtinxit, gratias indeſinentes agite.

I N I S

Oſtende meliora ſi potes, & tunc carpe mea, tibique gratias habebo.

OT-

OTTONIS TACHENII
MERITO.

ABditus imparium nexus ſunt cuncta duorum.
Viua dat Aura modos, ſenſile corpus Aqua.
Illa ſedens aluo, ſcrutans res, arbitra vitæ,
Cuncta regit nutu: morsq; ſalusque ſibi eſt.
Illa, inimica, furens quæ, errorum ſemina cudit
Dogma, Canon, Methodus tangere nulla valet
Artis Apollineæ Praxi dictante magiſtra
Certa ſigilla mali, certa medela domet
Se ſubdat ratio Praxi, non hæc rationi
Hæc methodus Veteri: hic vnus in arte canõ
Hoc docet Hippocrates: docet hoc & Filius Otto
Anne Coum ſcaberis Mome ferire? feri.

Ioſeph Monticelli
Phil. & Med. Doct.

Index Capitum de morborum Principe.

Morborum Princeps, cap.1 pag.287
Ignis primum Naturæ principium, cap.2 294
Aqua ſecundum Naturæ principium, cap.3 304
Ex ignis, & aquæ congreſſu, fit ſal Naturæ, Fermentum vniuerſale, & humidum radicale, cap.4 308
Ex ignis, & aquæ congreſſu quocunque in loco ſeditionem, ventumque excitari, cap.5 316
Antiquiſſima duo principia IGNEM, & AQVAM, Spiritum, ſiue Hippocr. diuinum continere, cap.6 325
Naturæ, & Artis inſtrumenta per ignem, & aquam explicantur, cap.7 335
Rarefactio, & condenſatio, Naturæ inſtrumenta, & artis, Podagræ cauſam manifeſtant, cap. 8 347
Antiquiſſima Hippocratica Methodus medendi, contraria methodo corruptionis, cap.9 366

Noi

Noi Reform. dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per Fede del Padre Inquiſ. nel Libro intitolato *Ottonis Tachenij Hippocrates Chimicus*, & *Morborum Princeps*, non eſſerui coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza à *Combi*, e *La Noü*, di poterlo ſtampare, oſſeruando gl'ordini, &c.

Data 3. Nouembre 1677.

Battiſta Nani Cau. Proc. Ref.
Leonardo Peſaro Proc. Ref.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Lodouico Franceſchi Seg.

LECTOR BENEVOLE.

Typographi, grauiora errata ego ſic correxi, leuiores verò interpunctiones vel temerè omiſſas, vel inconſideratè locatas tu ipſe corrigito.

PAg.2.Lin.28.ſimilibus 3.20.ſalis ibid. 24. ingenuè 6.8.diffundam ibid.19 tractabitis 8 30.eſt 10.29. ranarum 11. 3. tepidèq; 17. 9 abſterſiuam 18 23.alterantur 19. 7. pertinaciſſimum , in margine ibid. Tuſcanus 23. 1. paulo ibid.19 componitur 31. in margine 31. proijciatur ibid.16.ſit 34 27.tinctura 35. 4. En exempla 38.10.ſine ibid.20.incompatibilitate 40. 8. Horatio 43. 21. ex ſimplici & ruſtica commiſtione 44 4.doctrinæ ibid.12. abſorberi ibid.28.ſic 45 23. communi 47. 21. ſine 48. 23.fixiora 49 2.ſiqui 51. 17. lentiſſimo 55. 17. licet 65.27.ſicut 66. 25. quantum 72. in marg. maculas 75.9.fieri 78. 11. ſalis ibid. 15. ſi 79. 17.ſi 80.11.vrina 84 20. euaſit 91. 11. deſtinatum 94 29. ratione 95. 13. ſine 97. 15. inſipida 99 9.ſalſus 100 15.ſimplicis ibid.16.ſicut 107. 21. fugit 113. 7. Ariſtotele 116. 21. ſpiritnm 125.19.tingere 127 in marg.vitriolum 131.10. veneſoſi 133 in marg.ſcriptorium 136 15.vtcunq;138. 9. vincit 141 25. inſenſibilem 142. 20.ſine 148.24 ſiquidem 149.18 conſiſtit 154. 7.ſi 161.3. modo hac ſcientia 189 31. infirmi 195.9.non 198 22 omnium 201. 3. obtemperemus 217. 16 Frigefactis 219. 10. ſiccitatem. ibid.27. ab ibid. 31. certiſſima 222. 10. aurei 223. 28. lEntis ibid. consVeuerunt ibid. 29. tempOrum 226. 20. mercurij 230. 13. calloſas 235.4.aridis 237.16.in(ſupereſt)244.19.laminæ mittantur 268.15.ſcriptitarint 271.SECVNDA PARS :75. 5. indeſinenter 278. 3. ſingularis 280 29.ſiturientes 289.6.fide 308.26 ſupernaturali 312. 20. vices 322. 2. habitare 332. 32. Themiſtio 348 formæ. 349.15,ſitæ 415. 20. ſalutare 419.16.flatus 452,21. ſit 454. 22. adhæreret.

Digitized by Google